11.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

Executione in cauſis Feudalibus, tam in genere, quàm in ſpecie, quoad conſenſus feudales,

non Nobilitati Imp. immediatæ, ſed Dominis feudalibus, Curiâ Feudali formatâ fulgentibus, competente.

Vulgò:

Von Befugter- ſo wohl überhauptig- als beſonderer Angehung deren teutſchen Lehen-Höffen und der dahin unverneintlich geeigneter Vollſtreckung deren Lehen-Herrlichen Conſens-Brieffen.

QUAM

UNA CUM COROLLARIIS, EX UNIVERSO JURE, DESUMPTIS,

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,

EX DECRETO INCLITI SENATUS JURIDICI,

IN ALMA BAMBERGENSIUM UNIVERSITATE,

PRÆSIDE

D. IGNATIO CHRISTOPHORO LORBER à STÖRCHEN, J. U. D.

Reverendiſſimi & Celſiſſimi S. R. I. Principis, Epiſcopi Bambergenſis & Wirceburgenſis, Franciæ Orientalis Ducis, reliq. reliq. Conſiliario Actuali Aulico, ac in hâcce Univerſitate Juris Publici Particularis J. R. G. nec non Feudalis, Profeſſore Publico & Ordinario, Facultatis Juridicæ Adſeſſore.

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, ANNEXISQUE PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE CONSEQUENDIS,

Publicæ Eruditorum Disquiſitioni ſubjicit

[illegible]

OTTAVIO

REVERENDISSIMO
ET
CELSISSIMO
S.R.I. PRINCIPI
AC
DOMINO
D. ADAMO
FRIDERICO
DEI GRATIA,
IMPERIALIS ECCLESIÆ
BAMBERGENSIS
ET
CATHEDRALIS WIRCEBURGENSIS
EPISCOPO,
FRANCIÆ ORIENTALIS DUCI
RELIQ. RELIQ.
DOMINO, DOMINO CLEMENTISSIMO

REVERENDISSIME
AC
CELSISSIME
S. R. I. PRINCEPS,
DOMINE, DOMINE LONGE CLEMENTISSIME!

Fundatus eſt EPISCOPATUS & PRINCIPATUS BAMBERGENSIS, ſuper quatuor Lapidibus angularibus, *ſupremis ſcilicet Aulæ hujatis officialibus, qui inſignia bona, eum in finem, ſub nexu feudali, recognoſcunt, ut* FILIAM ECCLESIÆ & IMPERII

RII noſtri ſacroſancti, tot, tantérque à Piiſſimo fundatore, HEINRICO *II. Romanorum Imperatore dilectam, contra quasvis Machinationes, actualésque perſecutiones defenderent,* REGEM *puto* BOHEMIÆ, *ut* SUPREMUM PINCERNAM, SERENISSIMUM ELECTOREM SAXONIÆ, *ùt* SUPREMUM MARESCHALLUM, SERENISSIMOS QUOQUE ELECTORES, BAVARUM & BRANDENBURGICUM, *ceu reſpectivè* SUPREMUM DAPIFERUM & CAMERARIUM, *quíque reverà, ſi nexum feudalem adimpleant, conſtituunt illud* Filum Sericum, quod Virginea *FUNDATORIS MUNIFICENSISSIMI CONJUX*, Babebergam usquequáque circumſuiſſe ferunt; *nec his belli-Ducibus fulget* EPISCOPATUS & PRINCI-

PA-

PATUS ALTEFAIUS; alios enim belli officiales & milites, tum ſecundi, tum ulteriorum ordinum numerat innumeros: nec immeritò, Militia ſiquidem vaſallitica in varios ordines diſtincta erat. Hæc circumſpiciens atque reflectens non potui à me impetrare, quin hanc Teſſeram, utùt levidenſem, vexillis tuis,

REVERENDISSIME ac CELSISSIME PRINCEPS, *Qui* Heereſchildis, *(ùt Majores noſtri loqui amabant) maximè fulgidis undíque es circumcinctus, humillimè offeram. Nec una ad explendum hoc officium devotiſſimum me ſubegit Ratio:* Tua *enim Curia feudalis PRINCIPALIS BABENBERGICA tot, tantósque in albo ſuo, recenſet vaſallos, tum ſecundi, tum ulteriorum Clypeorum, ut inter Curias feudales Principum Eccleſiaſticorum, non minùs, quàm ſæcularium, facilè PRINCEPS*

effulſ-

effulgeat atque deprædicetur. TU GRATIOSISSIME PRINCEPS, *ſub nullo Heribanno, vaſallos tuos, cujuscunque ſint ordinis, in bellum etiam Litterarium & Proceſſuale, pro ſingulari tuæ Juſtitiæ, Clementiæque amore, priùs evocas, quàm ab illis evocaris. TU es ille DOMINUS FEUDALIS PRINCIPALIS, qui concredita ſibi jura Feudalia, non, ùt ajunt, extenſivè, ſed conſervativè, ad Gloriam Dei omnipotentis, Largiſſimi Fundatoris, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, totiúsque Imperii manutenendam, exerces ità, ut illi tui vaſalli, qui in Clypeo Nobili tibi ſunt ſuperiores, te amore, plùs quàm benevolentiæ, illi, qui in hoc Clypeo tibi ſunt æquales, amore amicitiæ ſincero, amare, qui verò in Clypeo prædicto ſunt inferiores, amore devotionis & obedientiæ, non venerari non poſſint.*

Hæc

Hæc devotissimi animi sensa si recogitem, præter centena motiva, genuflexus ad Thronum tuum Principale devolvi jubeor, humillimè supplicans: suscipe me clementissimè in album ulteriorum tuorum militum, non quidem militiæ vasallitiæ, quæ adhuc hodiè sagata optimè audit, sed togatæ. Servitia indeterminata, *eorúmque* EXECUTIONEM PROMPTISSIMAM, *pro virium & facultatum pondere, utùt exiguo, tibi plùs quàm juratò, spondeo.*

REVERENDISSIMÆ
CELSITUDINIS TUÆ

Subditorum Infimus
Sebastianus Bräutigamb, Burgebracensis.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA; DE Executione in Cauſis Feudalibus, tam in genere, quàm in ſpecie, quoad conſenſus feudales, non Nobilitati Imp. immediatæ, ſed Dominis feudalibus, Curiâ feudali formatâ Fulgentibus, competente,

Vulgò:

Von Befugter = ſo wohl überhauptig = als beſonderer Angehung deren teutſchen Lehen-Höffen und der dahin unverneintlich geeigneter Vollſtreckung deren Lehen-Herrlichen Conſens-Brieffen.

§. I.

JUrisdictionem Germanicam, hujusque σύστημα toto cœlo differre ab eo, quod, apud Romanos, in Epochâ etiam Imperiali, regnabat, jam ante nos, ſolidè inculcârunt JCti primi ordinis,

dinis, ex quibus LUDEWIGIOS, HEINECCIOS, THOMASIOS, HILDEBRANDOS, & reliquos laudare ſufficiet: nec immeritò: forma enim Regnorum & Imperiorum diſtincta, & diſtinctam Jurisdictionum faciem non repræſentare non poteſt. Atque hinc eſt, alias in Germaniâ occurrere Jurisdictionum ſpecies**, quas Romani, aut ignorabant, aut ſanè non in eâ accipiebant habitudine***, quâ gentes originis Germanicæ & olim & adhuc hodiè.

* Jurisdictio enim Germanorum generaliter, eſt *Poteſtas cauſas Controverſas cognoſcendi, illas dijudicandi, & demum ſententiam latam, quæ in rem judicatam tranſiit, dandi executioni.* Ex quâ Idæâ prono alveo fluit I) Quòd Jurisdictio involvat poteſtatem, non ſolùm cognoſcendi, ſed & ſententiam ferendi, *latámque exequendi*, II.) Quòd is, qui Dominus Jurisdictionis non eſt, & tamen Jus exequendi ſibi tribuit, intentionem ſuam probare, atque legem, Conventionem, aut conſuetudinem, quâ nititur, legitimè docere debeat, *KRESS. ſpeci. Jurispr. V.* I. 2. quæ omnia quantum à diſpoſitione Romanâ abeant, quilibet ſe ipſo palpabit, qui reflectet, hanc tantùm in DECERNENDO & JUDICE DANDO fuiſſe poſitam, *ASON. Pæd. ad act.* I. *in verr. Cap. IV. p.* 368. *edit. nov. Carol. Sigon. de Judic. l.* 7. *p.* 1696. *Tom. II. Theſaur. Græv.* Proindè non *executionem*, ſed ſententiam, fuiſſe *EXTREMUM*;

cui

cui ſiquis non parebat, jus dicenti non videbatur obtemperâſſe, L. 1. §. 1. *D. Si quis Jus dicent. non obtemp.*

** In Germaniâ quippe occurrunt jurisdictio a.) *Contentioſa*, b.) *voluntaria*, c.) *ordinaria*, d.) *extraordinaria*, e.) *Propria*, f.) *Mandata*, g.) *delegata*, h.) *prorogata*, i.) *Jurisdictio Communitatis* (die Dorfs- und Gemeinds-Herrſchafftliche Gerichtsbarkeit, ſive Jurisdictio *Fluri*, k.) Jurisdictio *circumſepta* (die Gerichtbarkeit, auf die vier Pfäle, oder auf die Eders) l.) *Criminalis*, m.) *Civilis*, n.) *univerſalis*, o.) *particularis*, p.) *ad certas cauſa, reſtricta*, uti v.g. 1.) HODIE, (conferan. dicenda in §. 2.) Jurisdictio *feudalis* 2.) Quæ HIC vel ILLIC domino, intuitu prædii, quod poſſeſſor, ſub lege præſtandorum *ſervitiorum ruſticorum*, cenſum nempè & operas ſubintelligimus ruſticas, tenet, in hunc competit, 3. *foreſtalis*, 4. *Metallica*, 5. *Nautica*, 6. *Mercatoria*, 7. *ſalinaria*, q.) *ad CERTAS PERSONAS*, uti *Palatina*, *Academica*, *Militaris* &c. r.) vel *AD LOCA*, ut Jurisdictio *circumſepta*, s.) *AD VIAS* reſtricta: Quis has omnes ſpecies apud Romanos offendere laborat, næ is oleum & operam perdet.

*** Id quod inter cætera comprobat Jurisdictio *prorogata*; hanc enim α) in *feudalibus*, absque conſenſu Domini feudalis, nec tacitè prorogari poſſe, latiùs probavit *illuſt. KOPPIUS* in auserleſenen Lehen-Proben *Num. III.* von denen Obmannen deren alten Teutſchen §. 9. *& ſeqq.* nec β) Jurisdictionem civilem, ob Territoria Statuum Imp. diſtincta & diſtinctas in iis Jurisdictiones, *expreſsè* prorogari poſſe, pluribus deduxit *NÆVIUS in tract.* vom Vatter-Recht C. *VII.* §. 67. *Conf. GLAFFEY Diſs. de jurisdictione voluntariâ, extra territorium, non exercendâ.*

§. II.

QUanquam quoad omnes has ſpecies (§. I. **) varia monere poſſemus, hæ tamen hìc, ne extra vagemur, in cenſum non veniunt, ſed jurisdictio feudalis, ejusque genuina quidditas omne in præſenti punctum fert; cujus notionem, pro ævo maximè hodierno*, ponimus hanc, quòd ſit *facultas cauſas feudales cognoſcendi, eas dijudicandi, & dandi executioni.* Veritas hujus ideæ, quanquam definitio ſit propoſitio indemonſtrabiliter vera, patet ex iis, quæ in §. præcedente, ejusque* 1. quoad naturam Jurisdictionis *Genericam*, ſtabilivimus.

* Jurisdictio enim feudalis olim latiùs patuit, hæc quippe illis diebus ad ſolas cauſas feudales reſtricta non erat, ſed in perſonalibus quoque vaſalli, ſuis dominis feudalibus ſubjecti erant; vaſalli enim erant meri milites, miles autem vaſallitícus, præſertim cùm primitùs omnia feuda fuerint Ligia, uni tantùm Domino ſervire poterat, per conſequens, ſicut miles mercenarius hodiernus Domino, ſub cujus ſtipendio, vel vexillo militabat, in perſonalibus quoque obnoxius fuit, *STRUV. in diſſ. de dominio directo in alieno territorio* §. 11.

§. III.

§. III.

Cùm Jurisdictio feudalis, ex §. 2. versetur circa *causas FEUDALES*, operæpretium erit, genuinam Caulæ *feudalis* notionem sistere, *, quam sequentem statuimus, *quæ vel ex nexu, vel ex relatione feudi oriri potest, vel solet.* Ergò à contrario causa *non feudalis*, sive *civilis* est, *quæ nec ex nexu, nec relatione feudi oriri potest, vel solet.*

* Ad idem ferè incidunt ea, quæ circa causas feudales docet *Illust. ESTOR de Jurisdictione Curiarum clientelarium Germanicarum p.* 45. seq., dum negotium feudale dicit, esse controversiam, quæ vel ex feudi essentialibus, vel naturalibus, vel accidentalibus promanant, dijudicanda & terminanda, ob nexum beneficiarium, secundum morem cujuscunque Provinciæ, coram Curiâ domini.

§. IV.

EX his se ipso patescet, quid de illis *FLEISCHERI Instit. Jur. feud.* ubi Cap. XXII. §. 2. & 3. causas feudales & à contrario Civiles specificat: "Non itaque solùm Causæ feudales sunt, "quæ de ipso feudo jam constituto atque adquisito

"ſito agitantur, ſed etiam ea, quæ pertinentias
"feudorum concernunt, quando ſcilicet lis ori-
"tur 1) circa adquiſitionem feudi, 2.) circa de-
"volutionem feudi, vel circa jus domino feudi,
"*tam in ipſum feudum*, quam in vaſalli perſonam
" competens, v.g. ſi vaſallus reverentiam debi-
"tam Domino non præſtet, absque conſenſu
"domini, feudum alienare vellet, famoſam actio-
"nem, contra Dominum, inſtitueret, ſervitia de-
"bita denegaret &c. 3.) Si controverſia ſuſci-
"piatur circa *jus, perſonam domini & rem vaſalli*
"*ipſam, concernens* v.g. ſi vaſallus fidelitatem præ-
"ſtare nolit &c. 4.) Si lis circa ipſum contractum
"feudalem oriatur v.g. Quando vaſallus illicitum
"aliquem contractum inire vellet, 5.) ſi proceſ-
"ſus inſtituendus ſit circa revocationem feudi
"alienati, 6.) Si quæſtio exiſtat circa con-
"ſolidationem dominii utilis cum directo. 7.) Si
"lis mota fuerit, circa obligationem feudalem
"ex quaſi contractu, & 8.) ſi contendatur circa
"feloniam. E contrario ad forum judicis ordina-
"rii & non feudalis pertinent 1.) omnes cauſæ,

in

"in quibus isthæc qualitas, sive nexus feudalis, tam
"in utroque litigatore, quam in uno * duntaxat
"deficit v.g. circa præstationem operarum ** ser-
"vitiorum & aliarum præstationum, 2.) hæredi-
"tatis petitio, si feuda, inter res hæreditarias, ex-
"tent***, 3.) quando, circa Rem feudalem, ita du-
"bium oritur, ut alter prædium feudale, alter al-
"lodiale asserat, ****, 4) Si vasallus de feudo pro-
"misso, seu constituendo agit, 5.) Si de nudo
"feudi possessorio, nullâ proprietatis feudalis
"quæstione admixtâ, agitur, 6 Si controversia
"sit de fructibus feudi***** & 7.) Si Dominus &
"pares Curiæ tanquam suspecti rejiciantur******,
"quamvis etiam tunc Dominus superior adiri
"queat". Sit sentiendum? Enim verò si causa
feudalis sit illa, *quæ ex nexu vel relatione feudi oriri potest, & solet.* (§.3.) se ipso sequitur *.) nec esse necesse, omnes hujusmodi casus hypotheticos recensere, nec etiam hos enumerari posse, eoquòd omnes casus hypothetice extituri, ob alteratas centies, vel millies circum-

cumſtantias, non poſſint prævideri, proindè nec pro futuro, determinari, β.) ſi per inductionem procedere vellemus, cauſam feudalem emergere, ubi a.) fidelitas vaſallitica in litem deducitur, ubi b.) vaſallus recuſat ſervitia feudalia præſtare, ubi c.) Dominus feudalis in actu inveſtituræ fidelitatem juratam à vaſallo exigit, hic verò fidelitatem duntaxat nudè promiſſoriam præſtare amat, ubi d.) agitur de facultate, feodum oppignorandi, vel hoc e.) alienandi, aut ubi f.) de ſucceſſione inter deſcendentes primi adquirentis, maſculini & fœminini ſexûs controvertitur, illis feudum pro maſculino, vel fœminino ſaltem *ſucceſſivo*, his verò pro fœminino *promiſcuo*, aſſerentibus; controvertitur, vel ſi denique g.) qualitates, per conventionem domini & vaſalli feudo adjectæ, quibus natura feudi, vel augetur, vel diminuitur, objectum litis ſiſtant; aſt, cum omnes caſus feudales recenſeri non poſſint, reliquos hìc nonnominatos ànobis non excludi, putes.

*Quæ

*Quæ, ſi ritè ponderentur, ſequentia ſe ipſa manifeſtabunt, & quidem I.), An, ad cauſam feudalem, requiratur, ut, ad fundandam jurisdictionem Domini feudalis, lis verſetur inter duos vaſallos ejusdem domini feudalis? an verò etiam eo in caſu, quo vaſallus Domini concurrit cum extraneo, forum feudale fundatum ſit? Communis *ferè*, inter quos nominare tantùm ſufficit celeberrimum cæteroquin *ADAMUM STRUVIUM in ſyntagmat. Jur. feud. Cap. XVI. §. 5. qui ſtatuit, Dominum feudi eſſe judicem competentem, SI INTER DUOS, PLURESQUE VASALLOS, ab eodem Domino, feudum recognoſcentes, de feudo fuerit controverſia.* Provocant eapropter I.) ad II. F. 55. §. 2. *verſ. ult. Prætereà*, ubi in terminis terminantibus dicitur: „*ſi inter NB. DUOS VASALLOS de feudo ſit controverſia, Domini ſit cognitio, & per eum controverſia terminetur; ſi verò inter Dominum & Vaſallum lis oriatur, per Pares Curiæ à Domino, ſub fidelitatis debito, conjuratos terminetur*; quem locum Prædictus *STRUVIUS l. c.* ita interpretatur, quod *hæc jurisdictio competat cuilibet Domino feudali. Illa tamen, inter feuda Regalia & non Regalia in I. F.* 18. *videatur tradi differentia, quod, de illis, ſolus cognoſcat dominus illorum feudorum, Rex nimirùm, ſeu Imperator, & non obſtrictus ſit Pares Curiæ adhibere, de bis verò & ipſe Dominus inferior quidem judicet, ſed ità, ut teneatur Judicium Parium adhibere, ſeu per Judicem curtis, hoc eſt, Magiſtratum, qui ad jus dicendum in controverſiis feudalibus à Domino & Paribus, eſt conſtitutus, litem definire. Hodiè* (pergit STRUVIUS) *in Imperio noſtro de cauſis Regalibus inter vaſallos Imperii immediatos jus dicit Imperator, tanquam Dominus feudi.... ſæpius verò ad cauſas hujusmodi decidendas, ab Impp. non ſolum in primâ & ſecundâ familiâ Francorum, verùm etiam ævo poſteriori adhibiti Principes Imperii, absque quorum Conſilio (vigore ſingularis Juris*

Principum, des Fürſtens-Rechts, *uti vocant*,) *Imperatoribus non licere, Jus de his cauſis dicere, affirmat STRUVIUS ſuffultus teſtimonio Fctorum ibi nominatorum.*„ 2dò.) Urgent II. F. 15. & potiſſimùm II. F. 16. ad quem priorem famigeratiſſimus Juris Feudalis Longobardici Interpres *Caſparus Bithſius in Commentario in Conſuetudines Feudorum* p. 309. ità effatur „Quin-
" tò notandum, in controverſiis feudalibus plures & diverſos
" eſſe judices competentes, pro diverſitate caſuum. Et quidem
" hoc in loco indicantur triplices 1. Dominus feudi, ejus-
" que Curia, 2. Judex ordinarius, ſive Judex territorii, III.
" Arbiter Compromiſſarius. Sed & in §. ult. hujus tituli, ad-
" huc Quartus Judex competens, cauſarum feudalium, indi-
" catur, nimirùm, *Judex Curiæ: vel ejus Curiæ Judicium.* Idem
" enim vocatur Judex curtis, *ut Lib.* 1. *Feud. Tit.* 18. *in pr.*
" & eſtis, quem dominus, ùt fit aliquandò, Judicem contro-
" verſiarum feudalium conſtituerit, ſive cui jurisdictionem
" feudalem mandaverit, & cauſas feudales, inter convaſallos,
" dijudicandas comiſerit. Denique quinto Loco, in Tit.
" proximè ſequenti & alibi paſſim, adhuc alius judex feudalis
" competens indicatur, nimirùm *Pares curiæ.*„ Pergit *Bithſius* p. 310. „Septimò notandum, dominum feudi (itemque ju-
" dicem curtis domini) ideò hìc non poſſe eſſe judicem, quia
" licet non primariò, tamen, per conſequentiam, ipſius Do-
" mini cauſa agitur, quippe, qui, evicto feudo, genero defuncti
" de evictione teneretur.„ Verba poſterioris (id eſt, II. f. 46.) ut rem eò clariùs perſtringamus, ſic ſe legunt: „. *Ex eo, quod ſupra diximus, ut, ſi inter DUOS VASALLOS, de beneficio fuerit controverſia, coram judice, vel Arbitro, finiatur: talis hic fit Quæſtio: quodam, ſine filio, decedente, alius credens beneficium, quod ipſe tenebat, apertum Domino eſſe, ab eo inveſtitus eſt ejus*

beneficii nomine: econtra apparent cognati, qui feudum sibi vendicant, quasi paternum. Est igitur quæsitum, an apud curiam domini, vel judicem sit hæc quæstio terminanda? & responsum scio, quia ad dominum quodam modo causa spectare videtur, ad quem investitus habebit regressum de evictione, ut coram paribus finiatur curtis, & licet alter per se non possit alterum trahere ad curiæ judicium: GENERALITER TAMEN ETIAM, SI INTER DUOS, causa fuerit de beneficio, eos curiâ vocante, non licebit eorum alicui ejus curiæ judicium declinare. „. In quem locum Laudatus *Bithsius*, præter alia, âb initio, lectu digna p. 640. seq. exegesin ponit, cujus verba, ne fusiores simus, ità contrahimus, sicut nemo in suâ causâ jus dicere vel judicare debet, *L. un. C. ne quis in suâ causâ. & L.* 10. *D. de jurisd. omn. jud.* ità etiam neminem in eâ causâ, quæ quodammodo ad ipsum spectat, hoc est, cujus emolumentum, vel damnum etiam, per indirectum & per consequentiam ad ipsum pertinet, judicare debere. Et meritò (ait *Bithsius*) Imperator etiam Justinianus cordi sibi esse ait, ut omnes lites, sine suspicione, procedant. *L.* 16. *C. de Judic. Regulam* porrò ponit *Bithsius* hanc: si, inter *duos* vasallos, de feudo sit controversia, domini sit cognitio & per eum controversia terminetur, hoc est, alter alterum etiam invitum ad domini & curiæ judicium trahere potest, II. F. 55. §. *præterea*, Exceptio verò est: nisi controversia de feudo talis sit, quâ litigantes invicem negent, se esse vasallos & in illâ curiâ habere pares: Ejus enim cognitio non est penes Dominum & pares curiæ, nisi ultro litigantes ad se vocaverint, & si causa quodammodo, ad ipsum Dominum, spectet, tum nec ipsi, sed tantum paribus curiæ litigantes ad se vocare licet. „. Ut taceamus, quæ Antipatroni pro se allegant *Cap.* 5. X. *de Jud. & Cap.* 6. X. *de For. Compet.* Ast ad Imum, Imo famosus

mosus Locus, II. nempè F. 55. §. *ult. prætereà &c.* loquitur tantùm *exemplificativè*, non *restrictivè*, id est, quod causa feudalis esse possit, si duo, pluresque vasalli, super re feudali, vel nexu, aut relatione feudi, inser se, concertent, non verò, quod, ad fundandum forum feudale, *abscisse* requiratur, ut uno Major vasallus personam judicii feudalis activam, vel passivam, constituat. Ex quo in aprico verum est, si extraneus, hoc est, non vasallus litem movet contra vasallum, super re feudali, vel nexu, aut relatione ad feudum habita, Forum feudale adhuc esse forum competens. Quidsi enim *non vasallus* vasallum accuset infidelitatis, vel eum desuper denunciet? Quid si uxor, quæ, cum consensu domini feudalis, dotem intulit, illatamque probet, agat contra successores feudales? an Eas *causas non FEUDALES*, dixeris? bino hoc casu, extraneus, quem *non vasallum* quilibet intelliget, litem instituit, contra vasallum? Ex quo, prono consequentiæ legitimo filo, emergit, non duplicitatem vasallorum, quorum quilibet feudum recognoscit âb uno, eodemqùe Domino, sed nexum, vel relationem feudi, sistere causam feudalem; id quod accerrimi nostri in præsenti Antagonistæ penetrârunt, ità, ut concedere necessum habuerint, quod, si executio, *in substantiam feudi*, sit decernenda, hæc domino feudali non sit deneganda.

II.) Jus sic dictum *Principum*, das sogenannte Fürsten-Recht, non se fundâsse in quâdam Juris necessitate, sed in Politicis Imperatorum, hìc, vel inde observatis præcautionibus, jam ante aliquot annos pleniùs evicit perillustris Author, sub hâc rubricâ, immortaliter fulgens: *Fürstenerius in tract.* von des Kaysers *Jurisdiction.* Ad II*dum*, I*mò*, summam II. F. 15. *Bithsius* l. c. p. 305. efformat sequentem: „ si controversia inter vasallos sit, de qualitate feudi, altero paternum, altero

„ no-

"novum esse contendente, eam non apud dominum, ejus-
"que curiam, sed coram judice ordinario loci, aut coram ju-
"dice compromissario disceptandam esse, sin autem contro-
" versia sit, ex ipsâ investiturâ, utróque, ex eâ, sibi feudum,
" vindicante, non posse quidem alterum âb altero pertrahi,
" sed tamen utrumque à Domino evocari, ad judicium Do-
" mini, ejusque Curiæ „. Quod, ùt eo clariùs perstringeret
" *Bithsius*, hanc proposuit facti speciem: „ Quidam vasal-
"lus mortuus est, non relictis filiis superstitibus, sed tan-
" tùm filiâ, eâque unicâ: cujus maritus, cùm feudum istud
" fuisse novum ac proinde Domino apertum esse, existima-
"ret, partem ejus, datâ pecuniâ, à Domino comparavit.
" Mox extitit defuncti vasalli agnatus aliquis (fortè & frater)
" qui partem istam feudi, à genero defuncti, repetebat, dicens,
" feudum non fuisse domino delatum, sed totum, succesio-
" nis jure, ad se pertinere, quasi paternum. Quæritur, quis
" sit ejus controversiæ Judex competens? Dominusne, ejusque
"Curia, an verò Judex ordinarius, vel etiam Arbiter Compro-
"missarius?„ II.) ratio totius hujus asserti redit eò, quod ne-
mo in causâ propriâ, vel eâ causâ, ex quâ commodum vel
incommodum, ad illum, spectat, vel spectare potest, judex
esse queat, *Schrader in tract. de feud. P. X. Sect. VI. n.* 192.
seqq. Quia, ut ait *Stryck. Diss. de Jure blanditiarum circa judicia, Cap. V. n.* 7. *blandiri sibi unumquemque plus, quam alii, natura hominis indidit, quod judicandi sinceritatem plane corrumperet & impediret*; ast Romana hæc sunt: Romanos tantùm Magistratus, qui jurisdictionem tantum &, ad summum, personaliter administrabant, stringebant; in Germaniâ enim, quemadmodum universum hujus systema, & per consequens systema etiam jurisdictionale à Romano, toto, ut ajunt, cœlo

differt, vid. §. I.) aliquem posse esse judicem in causâ vel verè, vel quasi propriâ, probant α. Judicia Principum Palatina, β.) J. P. W. Art. V. §. 56. „ Cætera in aulico non minùs, quam in Cameræ Imperialis judicio, privilegium *PRIMÆ INSTANTIÆ*, *Austregarum* jura & Privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunto, nec per mandata, aut commissiones, aut avocationes, aut quovis alio modo turbantur. „. Hunc autem locum non loqui, de jure *primæ instantiæ passivo*, *SED ACTIVO*, probant non tantùm verba nempè *PRIMÆ INSTANTIÆ, AUSTREGARUM*, quæ ipsum J. P. l. hìc citato, cautè separavit, sed & luculentiùs evincitur, ex Capitulationibus novissimis Art. XVIII. §. 4. „ Einen jeden bey seiner immedietät, Privigeliis de non appellando & NB. *evocando*, so wohl in Civil- und Criminal- als NB. Lehens-Sachen, Electionis fori, item NB. jure austregarum, tam legalium, conventionalium, vel familiarum bey den ersten Instantz, und deren ordentlichen unmittelbahren Richtern, mit Aufheb- und Vernichtigung aller deren biß dahero etwann dagegen, NB. unter was Schein und Vorwand es seyn möge, beschehene Contraventionen, ergangenen Rescripten, Inhibitorien, und befehligen bleiben. „. Enim verò si subditi respectivè & vasalli, nec in casibus civilibus, nec criminalibus, nec feudalibus à Judicio ordinario possint, vel debeant evocari, illi coram instantiâ, vel domini territorialis, vel feudalis ordinariâ, jus non possint non experiri, hic deber, *cæteris paribus*, esse Judex primæ Instantiæ, proindéque ipsi jus primæ Instantiæ, ut ajunt, activum non competere non potest. Q. E. D. Ex quibus, luce meridianâ, clariùs eluceſcit, Dominum Territorialem, vel Feudalem, causam vel verè vel quasi propriam, per suos Consiliarios cognoscere & mediante sen-

tentiâ

tentiâ, terminare posse, Conf. *Stryk.* Diss. *de salute publicâ in judiciis attendendâ*, *Cap. IV. n.* 17. *& Ludewvig in Commentario, ad A.B. Tom. II. p.* 17. *seq.* Nec est necesse, quod, tanquam Cautelam, commendat *Ziegler. in Dicast. Concl.* 12. §. 16. Consiliarios suos, quoad hunc actum, jurejurando, quo ipsi adstricti sunt, solvat; nam, cum nullum juramentum debeat esse vinculum iniquitatis, etiam hoc juramentum Consiliarios non stringit, ad sententiam, pro suo Principe, cum læsione partis alterius, ferendam. Ut taceamus, argumentando à minori ad majus, ea, quæ docet *Beckius in tract. de jure Emphyteutico* p. 508. „ Heutiges Tags müssen die Erb-
“ Zins-Leute vor ihres Herrns Gerichten stehen, und sich
“ auf die von ihren Herrn wieder sie erhobene Klage daselbst
“ einlassen und der Entscheidung gewärtig seyn, weilen,
“ nach der bekannten und in Teutschland recipirten Gewohn-
“ heit, die Gerichts-Herren ihre Bauern und Unterthanen
“ vor ihren eigenen Officianten und Gerichten belangen,
“ mithin in ihrer eigenen Sache sich der Cognition unterzie-
“ hen können. „ Laudari hâc in re ex professo meretur *ILLUSTRIS de LUDOLF observ. forens. Part.* 2. *observ.* 228.
„ Duo sunt in hoc axiomate consideranda, *objectum*, quid sit
“ causa propria *& subjectum*, quis dicatur judex. Causa pro-
“ pria dicitur ea, cujus emolumentum vel damnum pertinet
“ ad aliquem nomine proprio, *L.* 1. §. 11. *D. quando appellandum sit.* Proinde excluduntur causæ publicæ ad officium
“ Magistratûs pertinentes, quas exercet is nomine non pro-
“ prio, sed, officii ratione, tanquam Minister publicus. In-
“ de est, quòd Magistratus officio suo fungens, pro suspecto,
“ haberi non debeat, licet utilitas aliqua ad eum redundet,
“ v. g. in judicio de mulctis & pro tuendâ authoritate. Simili

ratio-

" ratione judicat de Regalibus ſuis Princeps ipſe per Mini-
" ſtros competentes, quia ſunt cauſæ publicæ magìs, quàm
" Principis propriæ, *Coccej. Diſſ. de judice in propriâ causâ*
" §. 19. De ſubjecto judicis nempè, ſequens eſt conſidera-
" tio : quod Dicaſterium Principis, cui adminiſtratio juſti-
" tiæ ordinaria in univerſum eſt demandata, ſi agnitionem
" ſuſcipiat & ſententiam ferat, non dicatur eſſe judex in cau-
" sâ propriâ, *Coccejus* d. Diſſ. §. 22. „ III.) *Bithſius* manifeſtam
admittit contradictionem, in ſummâ II. F. 15. quodſi enim
Dominus feudalis poſſit eſſe judex, ſi controverſia ſit, ex ipsâ
inveſtiturâ, utroque ex eâ feudum ſibi vindicante, certè etiam
debet eſſe judex competens, ſi lis ſit inter vaſallos, de quali-
tate feudi, altero paternum, altero, novum eſſe, contendente:
in utroque caſu periculum reſpectivè & commodum ſaltim
indirectum, ratione præſtandæ evictionis, in Dominum re-
dundat. Ultimò denique citatus II. F. 15. nec non II. F. 46.
non ſunt Capitula in campis Roncaliis lata, per conſequens
Germanos non ſtringunt, Conf. *Ricciardus*, *de antiquis*, ſeu
qui ſub hoc latet, *Perilluſtris L. B. de Senckenberg*, *Diſſ.
de uſu Jur. Feud. Longob. in Germaniâ.* Quæ ſi ritè ponderen-
tur, Reſponſio ad IIItium in aprico eſt, dummodo addamus,
ipſum etiam *Bithſium*, circa finem concedere, Jurisdictonem
feudalem, eo quoque in caſu, quo cauſa quodammodo ad
Dominum ſpectat, eſſe fundatam, ſi modo non ipſe Domi-
nus, ſed pares curiæ citationem emittant ; Pares enim Cu-
riæ nemo judices in propriâ causâ jactaverit, nullum ſiquidem
emolumentum, vel damnum, ſive Dominus feudalis objecti-
vè vincat, ſive vincatur, ad pares Curiæ deſcendit. Quod
de judice compromiſſario hìc meminit, huje jam ſatis fecimus
in §. I. * 3. Quod porrò *Cap.* 5. *X. de Jud.* contra nos ob-

movere

movere ſolent, non eſt, ſi penitiùs inſpiciatur, contra nos, ſed potiùs pro nobis, rectam proindè hujus Exegeſin, formam *Celeberr. Wagnereck in Comment. Exeget. Ss. Canon.* p. 225. „ Summa communiter ſic: *vaſallus coram Domino feudi con-* " *veniendus eſt, etſi Dominus ille ſit Eccleſiaſticus*; non quaſi du- " bium foret, an Dominus feudi Eccleſiaſticus eodem jure " feudali gaudeat, quo gaudet ſecularis, de quo non vide- " tur fuiſſe ulla controverſia, ſed judices illi juris hujus impe- " riti (quos Eccleſiaſticos fuiſſe apparet, ex pœnâ Eccleſiaſticâ, " ſed alterius Diœceſis, in quâ habitabant vaſalli illius Epiſco- " pi, ad quem Pontifex ſcribit) putabant id ad forum ſuum " pertinere, vel tentabant jurisdictionem prorogare, Epiſco- " po, Domino feudi, non advertente. Pontifex igitur, ex " generali feudorum regulâ: feudalis cauſa debet cognoſci & " ventilari coram Domino feudi, qui, ſuper hoc, habet juris- " dictionem ordinariam, in cauſis feudum concernentibus, " rectè decernit illos vaſallos non poſſe excommunicari âb " aliis judicibus Eccleſiaſticis, quamdiu Epiſcopo ſuo, qui " ſimul erat Dominus feudi, parati ſunt, obedire „. Quod ad Cap. 6. X. De foro compet. & ipſe Pontifex jubet, cauſam feudalem, ad Epiſcopum, delatam, per Dominum feudi ſecularem, terminare: quod autem Pontifex circa finem annectit, videlicet ſi ille Dominus feudi ſecularis litem malitiosè diſtulerit, jubet ei per Epiſcopum finem imponi, huic, vi conſtitutionum Imp., in Germaniâ jam pridem locus non eſt.

** Jurisdictionem feudalem in caſu, quo ruſtici vaſallo ſubjecti, apud Dominum feudi de vaſalli inclementiâ, ratione operarum, conqueruntur, eſſe fundatam, pluribus evinceremus, niſi otium hâc in re nobis jamjam feciſſet *celeberr. Eſtor Diſſ. ſuprâ jam laudatâ, de Jurisdictione Curiarum Clientelarium Ger-*

manicarum, *Cap. VI.* §. 36. ubi hæc potissimum urget, quia hìc a.) agitur, de conservando feudo, in eo statu, quo illud accepit primus adquirens & ne mutetur in deterius, b.) quia, per immodicam operarum exactionem, vasallus feudo abutitur, sicque feloniam sibi arcersit; nec denique c.) fundatam desuper observantiam negligit.

*** Falsitas hujus Ideæ patet ex *Capitulationibus Novissimis*, Art. XXI. §. 1. „ Wir gereden und versprechen, Churfürsten, " Fürsten und Stände des Reichs (die freye Reichs Rit- " terschafft mit begriffen) wegen ihrer angehöriger Lehen, „ sie seyen gelegen, wo sie wollen, bey ihren Lehen-Herr- " lichen Befügnussen, auch Gerichtsbarkeit in de- " nen dahin nach denen Lehen-Rechten gehörigen " Fällen, allerdings ohnbeeinträchtiget und ihnen " darin von keinen Reichs-Gericht, neque sub præ- " textu Continentiæ Causarum, neque NB. judicii universalis, " eingreiffen zu lassen „. Quisnam ex Serenissimis Electoribus hujus dispositionis fuerit author & quibus modis vota Collegii Electoralis, tum in interregno CAROLI VI., tum CAROLI VII. Impp. desuper fuerint lata, latiùs exhibet Moser, in den Anmerckungen zu des Kayser Carl des VII. Wahl-Capitulation, Part. 2. p. 554. §. 7. & Part. 3. p. 275. und in Anmerckungen zu Ihro Römisch-Kayserlichen Majestät Frantz des ersten Wahl-Capitulation. Part. 2. pag. 322. seqq.

**** De appertinentiâ prædii principalis, quod indubium feudum est, non hic loquetur *FLEISCHERUS*, cum is ipse appertinentiam feudi, *inter causas feudales*, âb initio §. 2. citati, disertè referat; de prædio igitur *Principali*, quod alter tanquam feudum, alter tanquam allodium venditat, disputandum erit; ast

in

in hoc quoque casu, Jurisdictionem Domini feudalis iis diebus, quibus feuda erant ad nutum revocabilia, annalia, aut ad summum personalia, fuisse abscisse fundatam, quis negaverit, qui est consideraturus, vasallos, in quâcunque causarum classe, (§. 2.*) unicè vixisse, sub jure dicundo sui domini feudalis, qui solus dabat possessionem feudi, penes quem albus suorum vasallorum (die Muster-Rollen seiner Lehen-Leuthen) ferè privativè residebat, qui solus poterat relinquere & adimere prædium feudale pro lubitu. Cùm igitur mutatio præsumi non possit, nec Jura Domini feudalis, quoad hoc etiam punctum, interversa dici poterunt: Quod eò minùs dubii habet, quoniam, apud Dominum feudalem, reperiuntur Reversales, Protocolla, reliquáque Documenta Originalia, ex quibus ἀμέσως, liquidò & in continenti constat, an prædium quæstionis sit feudum, an allodium, proindè causa, ad evitanda longa litis sufflamina, coram eo judice est discutienda, qui iis instructus est mediis, per quæ causa immediatè cognosci & terminari potest. Nec me in transversum agunt, quæ obmovere possunt, I.) in hoc casu subversari actionem præjudicialem, quæ, coram judice civili, præparatoriè est expedienda; enim verò & actiones præjudiciales, coram Domino feudali & instituui & explicari posse, latiùs deduxit *GUNDLING*, in notis ad Schilteri Inst. Jur. Feud. p. 193. nec obstat II.) Dominum feudalem, hoc casu, quodammodo esse judicem, in propriâ causâ, nam huic jam satisfeciisse videmur in hoc ipso §. * I.

***** Si de fructibus feudi *PERCEPTIS Fleischerus* loquatur, lubenter illi adstipulamur, utpotè qui sunt quid merè allodiale: non verò si de omnibus indistinctè, adeóque de *pendentibus* sentiat, hi enim quamdiu non sunt separati, sunt pars

prædii feudalis; quemadmodùm igitur, ſi ſit controverſia de ſubſtantiâ feudi, hæc judici feudali privativè eſt propria, ſic nec controverſia de fructibus, fundo feudali adhuc inhærentibus, huic ſubtrahi poterit, niſi, quod tamen foret abſonum, alium vellet ſtatuere judicem in parte & alium in toto. Ex quo diſpicere pronum erit, quid de illâ *Reinhardi, Diſſ. de eo, quod circa executionem in bona feudalia juſtum eſt.* §. 22. ſit ſentiendum? dum ità effatur, quod judex *ordinarius*, ſub quo intelligit judicem civilem, quamvis in ipſam feudi ſubſtantiam non poſſit exequi, tamen executionem *in fructus & commoditates feudi* expedire poſſit, idque, tam vi juris Longobardici, II. F. 45. quàm juris germanici, per ord. Camer. P. 2. tit. 9. §. 2. P. 3. tit. 48. §. 5. aſt., vi ipſius II. F. 45. fructus pendentes non pertinent indiſtinctè ad vaſallum, aut ejus hæredes allodiales, ſed rata temporis priùs eſt computanda, manifeſto argumento, fructus pendentes non eſſe quid merè allodiale, ſed pars feudi; ſicut ergò ex confeſſione ipſorum adverſariorum, judex civilis non poteſt decernere executionem in ſubſtantiam feudi & in totum feudum, quomodo vult exequi in partem feudi?

***** De Jure Germanico antiquo & medio ſermo non erit, cùm Recuſatio judicis ſuſpecti, iis diebus, eò minùs fuerit cognita, quò Majores noſtri majorem ſollicitudinem, circa conſtitutiones judicum & eos, ſi ſe ſuſpectos fecerint, plectendos impenderunt, Conf. ex profeſſo *Brummer. in tract. de ſcabinis.* In eâ ergò epochâ, in quâ Jus Romanum & Canonicum alciùs in Germaniam penetrare incœpit, natales hujus quæſtionis quærendi erunt; per illud enim & quidem *ejus L. 4. C. de Jurisd. omn. judic. auth. offeratur C. De lite conteſt. L. uni. C. ſi quacunque præd. poteſtate, authent. & conſequenter C. de ſent.*

&

& interloc. Nov. 53. C. 3. §. 2. Nov. 86. *C. 2. Nov.* 96. *C. 2.* contra jura antiqua concedebatur partibus, judicem ordinarium recuſare, per hoc autem & quidem vi *Cap. XI. de reſcriptis in* 6. Juramentum perhorreſcentiæ cognoſcebatur; aſt Domini feudales, præſertim *MAJORES*, jurium ſuorum vigilantiores, per hæc jura extera, ſibi præjudicium inferri, minimè paſſi fuerunt, adeóque ratione praxeos hodiernæ, in Curiâ Domini feudalis, vel adhuc floret Judicium Parium, vel cauſæ feudales tractantur & ventilantur in Regimine Politico, Pares Curiæ, repræſentante? priori caſu vix omnes Pares curiæ tanquam ſuſpecti recuſari poterunt & ſic, in locum recuſatorum Parium, alii facilè poterunt ſubſtitui, eligique: Poſteriore caſu & uſus juramenti perhorreſcentiæ valdè eſt circumſcriptus, per ea, quæ latiùs deduxit *illuſt. L. B. de Crammer* in Wetzlariſchen Neben-Stunden *Part. 2. n. IX. p.* 152. *ſeqq.* per conſequens, ut imaginariæ cujuslibet recuſationi aperta non pateat via. Et ſi etiam, ex ſuppoſito, totum judicium feudale, cæteris paribus, recuſari poſſet, non jurisdictio judicis civilis, quà talis, per hoc fundaretur, ſed cauſa, ad, recuſati judicii feudalis, judicium ſuperius, ex naturâ recuſationis, ex capite ſuſpecti, devolveretur, argumento ejus, quod dilucidavit *Illuſtris de Ludolf.* l. c. p. 9. Num. II.

§. V.

EX quibus nunc colligere, non obſcurum erit, quod 1.) unusquisque * qui alteri feudum conceſſit, in hunc adquiſierit Jurisdictionem **; enim verò qui âb altero accipiebat feudum, ſe alte-

alteriùs militiæ addicebat, ergò ex poſt vivebat ſub novo ſuperiore, cujus juſſa exequi debebat, juſſum autem, ſine remediis coactivis, pro ſtatu naturæ corrupto, in vanas abibit minas, proindè iſte ſuperior, per id, obtinebat jus, præcedente cauſæ cognitione, utendi remediis coactivis, quod jus alio nomine inſignieris, niſi prædicato Jurisdictionis?

* Dummodò habuerit jus dandi feudum, uti olim privativè, præter Regem, habebant Principes, Comites & Dynaſtæ.

** Ne tamen, cum vulgo tibi perſuadeas, Jurisdictonem hanc, ex contractu feudali, immediatè eſſe repetendam: Contractus enim feudalis eſt mera conventio *privata*, privatum autem non eâdem gaudet vi & poteſtate, ut poſſit producere effectum auctoritatis publicæ, ſive Jus Imperii, etiamſi hoc ſumatur latè, in alium exercendum. Ex quo in aprico eſt, quòd jurisdictio feudalis, ſive indolem jurisdictionis, ſive origines feudorum reflectas, âb Imperio deſcendat. Hoc illuſtrat ſententia *Juris Provincialis Allemann. Cap. XCVI. Edit. Bergerianæ p.* 147. „Jw ſſullend wiſſen, daß allew dew “ Gericht, dew Weltlichen ſind, dew muß man von eim Rö- “ miſchen Kunig enpfahen: davon mag niemann geſprochen, “ daß ein Gericht, ein aigen ſey„. Conf. quoque *Georg. Ludov. Böhmer. in Diſſ. de Judice feudorum extra curtem* §. 7.

§. VI.

§. VI.

II.) QUod Reges Francorum & subsecuti Imperatores permittentes *, quod Principes, Comites & Dynastæ, aliis feuda concesserint, eo ipso illos jurisdictionis, in suos vasallos, exercendæ compotes fecerint, nam' qui consentit in antecedens, & in id consentit, quod, ex eo, consequitur. Rectè proinde, sed NB., quoad hæc, habet *Celeberr. Buri* in Erläuterung des in Teutschland üblichen Lehen-Rechts p. 632. „ Es ist " bekannt, daß, wann ich in eine Sache einwillige, " ich nicht allein die Sache selbst dadurch gut heisse, „ sondern auch alle gewöhnlich damit verknüpffte und " und mir bekannt gewesene Umstände, vor genehm " halte, massen ich sonsten schuldig gewesen wäre, mei- " ne wiedrige Meinung deutlich an Tag zu legen. " Dieserwegen, wan ein Landes-Herr seinem Unter- " thanen erlaubet, sich einem auswärtigen Herrn zu " Lehen zu geben, so hat er auch zugleich stillschwei- " gend bewilliget, daß solcher dem Lehens-Herrn " die Leistung aller aus dieser Lehens-Verbindlichkeit

" nothwendig fliesenden Pflichten übertragen könn-
" te, und der Lehens-Herr hat folglich ein gültiges
" Recht, solche bey vorkommenden Fällen von denen
" Vasallen zu fordern ".

*Et has concessiones feudorum AUGUSTI ut plurimùm permittere cogebantur ex naturâ *Majorum*, de quibus Principes & Comites, investiti erant, feudorum, ratione quorum, vasallus per plures, quàm, per unum, servitia præstare tenebatur, (er müste sein Lehn mit mehr, dann mit einem Kopf verdienen) Igitur erant feuda vexilli, vel verè, vel per æquivalens talia, proindéque cohortem militum vasalliticorum requirebant.

§. VII.

AB eo ergo tempore *, quo Nobiles hodierni, qui olim fulgebant, sub nomine Ingenuorum Germanicorum, *beneficia*, id est, feoda âb Episcopis, Abbatibus **, Comitibus *** aliísque optimatibus accipiebant, his præterea, ùt suis Dominis feudalibus, se subjiciebant, quam subjectionem Duces & Comites immediatè, Reges autem & Imperatores Romano-Germanici mediatè tacitè eò magìs approbabant, quò

non

non diſapprobârunt, âb Ingenuis accepta *** fuiſſe feuda, à prædictis perſonis poſtea recognoſcenda.

* Periodum hujus *illuſtris Koppius in tract. de inſign. differ. inter S. R. I. Comit. & Nobil. immed. Sect.* 1. *p.* 39. ponit *in ævo CAROLI M.* qui *LIBEROS* quóque *HOMINES*, ob cruenta illa, quæ *ALTEFATUS CAROLUS*, geſſit bella, ad beneficia, non quidem Majora & cum dignitate conjuncta, ſed tantum militaria eapropter admiſit, ut hi duplici nexu, id eſt, ſubjectionis & vaſallitico, ad militiam devincirentur. Unde & *proprietas* & *beneficium*, ſeu duplex hujus obligationis fundamentum, conjunctum fuit in Capit. Caroli M. l. ann. 812. C. 1. „ *ut omnis LIBER HOMO, QUI QUATUOR* Manſos *veſtitos DE PROPRIO SUO, ſive de alicujus BENEFICIO habet, ipſe ſe præparet*, & ipſe in hoſtem pergat, ſive cum ſeniore ſuo „. Rectè proinde *Bignonius in Not. ad Formul. Marculf.* Lib. 2. C. 5. inquit, *inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro ſervitio militari à Rege, ſive etiam âb aliis concedebantur, quæ feuda poſteritas dixit.*

** Regum Exempla ſecuti ſunt Epiſcopi, Prælati, Comites, cœteríque Optimates, qui, per conceſſa hujusmodi beneficia, *LIBEROS HOMINES*, ad præſtanda ſervitia militaria, pro turbidis illorum temporum περιςάσης, vis diffidantium reprimendæ causâ, ſibi devinxerunt, ut hoc luculenter comprobat *Capitul. Caroli Calvi, Tit.* 27. *Capit.* 7. *ap.*, *Baluz. Tom.* 2. *p.* 108., “ De quibus conſecratis Deo rebus, quod habent liberi ho-
“ mines Eccleſiis ſervientes, per Diſpoſitionem Rectorum ip-
“ ſarum Eccleſiarum, ideò conſtituerunt, Apoſtolorum
“ ſucceſſores hoc ordinari, ut quia creverunt fidelium vota

" & increverunt infidelium mala, augeretur *per Dispensatio-*
" *nem Ecclesiasticam Regni militia, ad reprimendam malorum nequi-*
" *tiam, quatenùs ipsæ Ecclesiæ defensionem haberent & pacem...*
" *Quapropter sicut & illæ res ac facultates, de quibus vivunt*
" *Clerici; ità & illæ sub Consecratione immunitatis sunt, de quibus*
" *debent militare vasalli* ,,. Quò magìs enim crescebant opes Ecclesiarum, eò magìs augebatur invidia, eò magìs invalescebat vis, eò magìs Ecclesias innocentes infestabat hostilitas sæcularium, ut proindè Ecclesiæ, ad reprimendum omnem impetum hostilem, qui sæpiùs, in continenti, imminebat, indigerent milite vasallitico, qui pro situ Ecclesiæ & ejus bonorum, vel dotalium, vel advenditiorum, vel proximè, vel remotè, âb hujus sede, habitabant.

*** De Comitibus, cæterísque Optimatibus testantur tot vasalli, quorum tam crebra fit mentio in Capitularibus Regum Francorum, inprimis ad hanc rem facit Capitulare *LUDOVICI PII, Præcept. prim. pro Hispan. ap. Baluz. Tom.* I. *p.* 552.
" *Noverint tamen iidem Hispani, sibi licentiam à nobis esse conces-*
" *sam, ut se in VASSATICUM COMITIBUS NOSTRIS*
" *MORE SOLITO, CAROLUS CALVUS, in suis Capitula-*
" *ribus tit.* 6. *Cap.* 10. *Addit (SICUT ALII FRANCI HO-*
" *MINES) commendent. ET SI BENEFICIUM aliquod*
" *quisquam eorum âb eo, cui se commendavit, fuerit consecutus, sciat,*
" *se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere, quale nostra-*
" *tes homines de simili BENEFICIO senioribus suis exhibere so-*
" *lent* ,,. Conf. *Anton. Dominic. de prærogativis Allod. Cap.* XI. §. 12. & inprimis §. 14. ubi rectè addit ,,. *His Comitibus*
" *data facultas beneficia conferendi, permissúmque cuilibet libero*
" *Homini, se ipsis commendare, ut beneficia consequeretur, ut con-*
" *stat hoc ex chartis à Bithœoeditis. Erat nempè hic mos tunc*

recep-

" *receptus, ut ſub ſpe futuri beneficii fidem ſuam liberi homines ad-*
" *ſtringerent*„. Hoc apprimè conveniebat ſtatui *INGE-NUORUM*, pro ratione illorum temporum, quibus, ſub jacturâ ingenuitatis, præter militiam & venationem, nullum aliud illis licuit eligere vitæ genus.

**** Ex quibus oppidò apparebit, quid de illâ, cæteroquin communi, feuda Nobilitatis immediatæ in dubio, pro oblatis, ventitante, ſentiendum ſit? falſitatem hujus opinionis inveſtigaremus operoſiùs, niſi *Koppius* & *Burius* locis jam citatis, rem omnem exhauſiſſent, ſufficiat itaque unum tantùm paſſum allegâſſe, quem, eâ de re, nominatiſſimus Buri, p. 540. profert: „ Denn erſtlich ſo ſtreitet hiewieder dasjenige, was
" wir eben unter den vorhergehenden Num. 2. angeführt
" haben, nnd die dahin gehörige Exempel, und zweytens ſo
" zeigen die Urkunden, daß es mit denen Geiſtlichen Lehen
" zum öfftern hierinnen eben die Beſchaffenheit gehabt, wie
" mit dem mehreren lehnen, welche die Edelleute von denen
" Graffen empfangen: Nemlich weil in denen unruhigen
" Zeiten die Graffen und Herren ſo wohl auf ihren Schlöſ-
" ſern Beſatzung haben muſten, welche ſolche beſchützten,
" oder wie man es damals nannte, Brughuth thäte, als
" auch ſonſten Leute gebrauchten, die ihnen in ihren Krie-
" gen und Befehdungen beyſtünden und nachfolgeten: ſo ga-
" ben ſie denen Benachbarten Edelleuten gewieſſe Gütter,
" mehrentheils aber gewieſſes Geld, entweder Jährlich, oder
" auf einmahl, wo vor ſie ihnen dieſe Dienſten leiſten mu-
" ſten. Vor dieſes Geld aber müſten ſich die Edelleute un-
" bewegliche Gütter anſchaffen; und ſolche von denen Graffen
" zu Lehen nehmen, da es dann oft geſchah, daß ſie anſtatt

" frembder Gütter, die sie vor das gegebene Geld hätten
" kauffen können, ihre eigene Erb-Gütter denen Graffen
" zu Lehen auftrugen, welche alsdenn zwar in soweit auf-
" getragene Lehen kunten genannt werden, sondern es hat-
" ten sich die Lehen-Herrn das Dominium Directum dar-
" über durch baares Geld, oder durch andere Titulos One-
" rosos erworben. *Conf. Kopp.* l. c. in supplem. p. 429.

§. VIII.

DUm autem Status Imp. ad superioritatem Territorialem & Nobilitas immediata pedetentim ad hodiernam compagem, pervenerunt, ex unâ Jurisdictione (vid. §. 2.) factæ sunt duæ, civilis nempè & feudalis, causæque ità fuerunt divisæ, ut aliæ sint civiles, aliæ feudales (vid. § 4.) Quâ mutatione factâ *Domini FEUDALES PROPRIE TALES** duplicis classis emergebant, alii enim Curiâ feudali adhuc gaudebant & adhuc hodiè gaudent, alii hâc destituebantur, quâ nec hodiè fulgent. De illis solummodò hic & *per totum* in præsentiarum nos loqui, quilibet se ipso sentiet, qui scita Germanorum, systemáque Jurisdictionale, tum antiquum

quum, tum medium, tum recentius ** paulò penitiùs ſit inſpecturus; Germani enim nunquam Judici privativè uni Jurisdictionem adminiſtrandam concredebant, ſed is conjudicibus debebat eſſe ſtipatus. Prono igitur fluit alveo, Dominum feudalem etiam propriè talem, Curiâ feudali deſtitutum, nec in cauſis, feudalis juris dicundi, aut exequendi poteſtate pollere, conjudicibus enim feudalibus non eſt cinctus.

* Per quod axioma illos excludimus, qui in ſenſu vulgi ità vocantur Lehen-Herren, quod prædicatum tribuunt Dominis bonorum Emphyteuticorum, Cenſiticorum & omnium ferè bonorum ruſticorum; aſt cùm omnes hæ ſpecies, non ſint feuda, etiam impropria, quoniam non habent eſſentialia feudi, Buri l. c. ad Cap. III. Dominos, quos, reſpectu dictorum prædiorum ruſticorum, vocant, Lehen-Herren, nequidem eſſe Dominos feudales impropriè, ſed, ut, cum vulgo loquaris, abuſivè tales, ſe ipſo pateſcit.

** In ævo enim Juris Germanici medio, circa finem & præcipuè in ævo recentiori, Superioritas Territorialis jura Dominorum feudalium etiam ſtrictè ſic dictorum, qui curiâ feudali non erant muniti, ferè abſorbuit, *Illuſt. L. B. de Senckenberg. prim. lin. Jur. feud. C. XIII.* §. 371. p. 435. quo ergo modo ejusmodi Dominus feudalis *CUM STREPITU* (ut ajunt) vellet exequi, niſi contra ſuperioritatem territorialem vellet impingere, aut il-

lam vel in-vel extrinsecè & aliquandò consecutivè etiam rcaliter violare? Superioritas quippè Territorialis fundat complexum, seu universitatem Jurium, adeóque, ut nullus, quoad præsumptionem & independenter âb eâ, ultimum justitiæ Complementum, seu Executionem, cum Effectibus Juridicis, âb eâ dependentibus, dare possit, nisi præsumtivè Dominus Territorialis.

§. IX.

QUâ Diaphorâ factâ, nova simul, per Doctores Juri Romano nimiùm tribuentes, simul orta est quæstio: An Jurisdictio feudalis sit Jurisdictio Generalis & ordinaria? an verò particularis & extraordinaria? Jurisdictionem feudalem esse limitatam, Jurisdictioni ordinariæ, ex pactis & Consuetudine superinductam, consequenter strictæ Interpretationis, præter cœteros, scribit *Mencke, in Tr. Synopt. Proc. tit.* 40. §. 3. *p.* 163. nec non *Griebner, Part. III. Opus.* p. 118. qui Lit. b. ait, Jurisdictionem feudalem esse stricti Juris, odiosam & coercendam. Ast Jurisdictionem feudalem esse *ordinariam* *, *propriam*, ** &, in genere causarum feudalium,

***

***, adhúc hodiè *generalem*, ex ſequentibus ſtatim patebit.

* Jurisdictio quippè *ordinaria* eſt, quæ alicui Magiſtratui competit jure ſuo, *vi ſui officii*, ità, ut non maneret idem Magiſtratus, ſi hæc illi non competeret, *Böhmer in* J. E. P. L. I. Tit. XXXI. §. 1. Jurisdictio autem feudalis competit Domino feudali, Curiâ feudali munito, tanquam Judici Cauſarum feudalium, ità, ut Dominus feudalis, per conſequens Judex feudalis non maneret, ſi hâc Jurisdictione non polleret, vid. dicta in §. 5. Ipſorum etiam diſſentientium quaſi primipilus, *Adamus Struv.* in *Syntag. Jur. feud.* Cap. XVI. *aphoriſm.* VII. hoc ſaltim tacitè confitetur „ *IN FORO COMMUNI, SIVE APUD JUDICEM LOCI ORDINARIUM, CAUSA FEUDALIS, NON NISI INSUBSIDIUM, DEFICIENTE FORO FEUDALI, TRACTATUR*„.

** Ex iisdem ferè ideis deſcendit, Jurisdictionem feudalem eſſe Jurisdictionem *propriam*, hæc enim eſt, quæ, *Jure Magiſtratûs*, competit in ſubjectos, per quod à Mandatâ diſtinquitur, quam quis, *Mandato Magiſtratûs*, eam tanquam propriam habentis explicat. Dominus enim feudalis hanc ſœpè dictam Jurisdictionem *jure ſuo*, *non*, *ex mandato* alterius Magiſtratûs, exercet, quis enim eſſet iſte Mandans, cujus nomine Dominus feudalis Jurisdictionem explicaret? non Cæſar Auguſtiſſimus, hoc enim refragaretur ejus Capitulationi, vid. §. 4. * 3. nec aliquis conſtatus Imp., quia par à pari non habet Jurisdictionem, non Nobilitas Imp. immediata, ſi dicta in §. 7. recapituleris.

*** Jurisdictionem feudalem, in genere cauſarum feudalium, eſſe generalem, elucet ex II. F. 55. verſ. *præterea &c.* „ Prætereà ſi inter duos vaſallos, de feudo ſit controverſia, “ Domini ſit cognitio & per eum controverſia terminetur,

ſi

" ſi verò inter Dominum & vaſallum lis oriatur: per pares " Curiæ à Domino, ſub fidelitatis debito, conjuratos termi- " netur„. Notari deſuper merentur ea, quæ, bâc ſuper re, effatur *perilluſtris L. B. de Senckenberg, prim. lin. Jur. feud.* Part. II. Cap. XVII. §. 435. „ Adeo verò generale eſt hoc " forum feudale, ut nullus feudi Dominus eo careat, qualis- " cúnque demum ſit, etiamſi longè inferior ſit eo, cui feu- " dum conceſſum.... Contra etiam omnes vaſalli, in foro " feudali ſtare jubentur, nec hìc ullum privilegium, quale- " cunque demum, aliquem liberare poteſt. Ipſum etiam, de " non evocando, beneficium nullius usûs judicatur, ſed vaſal- "lus ordinariè Dominum ſequi tenetur„. Conf. idem *in tract. de Evocat. p.* 1463. *& Glaffey in Anecdot. Tom. I. p.* 368. *&* 541. Ex his nunc prono Conſequentiæ filo connectitur, non minorem pro Domino feudali, Curiâ feudali cincto, in Cauſis feudalibus militare præſumptionem, quàm quæ, in civilibus, pro Judice civili, pugnat, unaquaquæ enim harum duarum, in ſuo genere, eſt generalis, nullíque proindè præjudicans.

§. X.

QUandoquidem Jurisdictio feudalis (ex §. præced.) eſt jurisdictio, in genere cauſarum feudalium generalis, nullíque præjudicans & ille Imperans, qui permittit, à ſibi ſubjectis adquiri feuda, etiam conſentiat in ea, quæ indè profluunt (vid. §. 6.) ſe ipſo ſequitur, præſcinden-

dendo à Receſſu, vel obſervantiâ particulari, Dominum feudalem Curiâ Feudali fulgentem, ſuum vaſallum in alieno Territorio, vel diſtrictu degentem citare poſſe *immediatè*, id eſt, ſine litteris ſubſidialibus *, & quidem citatione ſpeciali **,

* Plures quidem DD. magni cæteroquin nominis hìc ùt noſtros adverſarios offendimus, ex quibus ſolummodò laudare nobis ſufficit, immortalium aliàs in Jure feudali meritorum, nominatiſſimum nempè Jctum Buri l. c. p. 633. „ Dieſes " hat ſeine Richtigkeit, daß der Lehen-Herr nicht unmittelbar " citiren dürffe, ſondern daß ſolches, per litteras ſubſidiales, „ geſchehen müſſe, und gründet ſich auf die eingeführte billi- " ge und gerechte Gewohnheit, daß ich diejenige, ſo einem " fremden Gerichts-Zwang unterworffen ſind, nicht an- " ders, als vermittels ihres Gerichts-Herren citiren darf, " und da ſolches, bey bloſſen Gerichts-Herren, ja öffters " von dem Landes-Herren, gegen ſeine eigene Unterthanen, " die Gerichte haben, in acht genommen wird, wie viel " mehr kan ein Landes-Herr ſelbſt ſolches von jederman " verlangen, als deſſen Gerichts-Zwang nicht allein der " Vaſall unterworffen, ſondern von dem er auch ein Unter- " than iſt „. Aſt a.) Vaſallus in alieno territorio, vel diſtrictu vivens, in genere Cauſarum feudalium, non eſt ALIENÆ, ſed propriæ, ordinariæ & generali jurisdictioni ſui Domini feudalis obnoxius. b.) *Burius* obſervantiam ſpecialem, quam à pari deſumit, ipſe adſtruit, c.) refragatur ipſis Principiis *Burianis*

rianis, quod Dominus Territorialis, in *Vaſallum QUA VASALLUM* habeat Jurisdictionem, d.) ſi Dominus feudalis poſſeſſionem feudi aperti in alieno Territorio, ſibi propriâ auctoritate, ſine requiſitione Domini Territorialis, vel Diſtrictûs apprehendere poſſit, quod benè aſſerit *Burius* l. c. p. 639. (quanquam rationem non exprimat) quia Dominus feudalis, dum feudum eſt apertum, apprehendit poſſeſſionem rei ſuæ, id quod omni Jure Domino eſt permiſſum, quid ni & vaſallum in alieno Territorio, vel Diſtrictu Domicilium habentem, vel ibi feudum poſſidentem, absque *litteris*, ſic dictis, *mutui compaſſûs*, in Cauſis feudalibus, citare poterit? dum enim Dominus feudalis quæſitam, in ſuum vaſallum, in Cauſis feudalibus, habeat Jurisdictionem, nec hìc, pro moderno rerum ſtatu, aliam prætendat, nullum Domino Territoriali, vel diſtrictûs poteſt imminere præjudicium.

** *Generalem* enim vaſallorum citationem, absque prævià requiſitione, ipſi etiam diſſentientes largiuntur Domino feudali, vid. idem, l. c. p. 634.

§. XI.

VIſis & penetratis his Ideis, quilibet, qui ſtudio partium non eſt irretitus, convictus judicabit, in quibusnam cauſis *generatim* jurisdictio Domini feudalis, Curiâ feudali formatâ, gaudentis & adhuc hodiè ſit fundata? Gravis autem Dominis feudalibus movetur Contro-

ver-

verſia, ſi hi, ad preces vaſalli, qui in civilibus alterius jurisdictioni ſubjacet, dederint conſenſum in ordine, ad oppignorandum feudum, vaſallúsque in ſolvendis uſuris annuis, vel ſorte expungendâ, moras nectat, cuinam in hoc caſu competat jurisdictio & per conſequens facultas exequendi, an judici feudali, an verò judici civili?

§. XII.

ANtipatroni, qui hanc facultatem Domino Feudali abnegant, his ſe clypeis muniunt & quidem I.) quoad poſſeſſorium*.

* Quod per ſequentia colorant & quidem α.) per Reſcriptum de 7. Octob. 1717. ad omnia ſex loca ordinis Equeſtris Franconici in causâ Gemingen contra Mintzersheim, β.) per Reſcriptum in causâ des von Freyberg contra Schencken von Caſtell, ubi Ihro Kayſerl. Majeſtät hätten vereits aus ſelbſt-eigenen erſteren exhibito ſub præſ. 4. Novemb. vernommen, was maſſen er ſeinen Gegentheil, in causâ merè civili, vor den Lehen-Hof gezogen; dieweilen aber Ihro Kayſerl. Majeſtät nicht geſtatten könnten, daß wieder ihre Verordnungen, weniger wieder der Ritterſchafftl. Privilegien, am allerwenigſten aber wieder Dero ſelbſt-eigene al-

lerhöchste Jurisdiction, wiederrechtlich gehandlet werde. Als wolten Ihro Kayserl. Majestät ihme solchen Unfug ernstlich verweisen, und die bey dem Lehen-Hof emanirte Decreta hiermit sämbtlich cassirt, darbenebenst ihme lediglich an das letzt-ergangene Universale gewiesen, wie auch zu besseren Nachfolge desselben ermahnet haben. γ.) per obtentam Cæsaream extensionem Rescriptorum, ad petita Nobilitatis Franconicæ, emanatorum, der Reichs-Ritterschafft an ober-Rhein und in der Wetterau, & Dato 7. Sept. 1719. in puncto Recursûs ad curiam feudalem. δ.) per Rescriptum Cæsareum d. 13. Oct. 1719. emissum ad petita der Reichs-Ritterschafft in Schwaben-Orts Creichau, contra die Gebrüdere von Degenfeld. n. 2. ibi: Nachdeme das Churfürstliche Hof-Gericht zu Heidelberg auf Veranlassung derer Gebrüdere von Degenfeld, in diesen Personas Imperii immediatas betreffenden Civil-Sache, einer Jurisdiction sich angemasset, selbige aber Ihro Kayserl. Majestät lediglich gebühre, als habe... wannenhero Ihro Kayserl. Majestät sich versehetен, es werde der Herr Churfürst von sich selbst Dero Hof-Gericht zu Heidelberg alles fernere Verfahren in dieser Sache inhibiren und anbefehlen, daß selbiges der angeordneten Kayserl. Commission etwas hinterliches nicht in Weeg legen, vielmehr die Gebrüdere von Degenfeld, da sie den weiteren Recurs dahin zu nehmen, sich unterstehen würden, von dar ab- und zu der Kayserl. Commission verweisen solte. Et in hujus conformitate fiat 3. Rescriptum Cæsareum tam C. quam S. C. an die Gebrüdere von Degenfeld ibi: Ihro Kayserl. Majestät hätten den von ihnen zu Præjudiz Dero Allerhöchsten Kayserl. Jurisdiction und der unmittelbahren R. Ritterschafft kundbahren Privilegien, in die-

dieser Theilungs-Sache, an das Churfürstl. Hof-Gericht zu Heidelberg unternommenen Recurs mißfälligst vernommen: Inmassen auch allerhöchst dieselbe ihnen, ingleichen deren Curatoren und Beyständen solchen ungebührlichen und unverantwortlichen Recurs alles ernstes verweisen, und deswegen weitere Ahndung vorbehalten haben wolte, mit dem ferneren Befehl, dergleichen unternehmen, sub pœnâ 10. marcarum auri, und zwar bey jeden absonderlich in dieser Civil-Sache sich gäntzlich zu enthalten, auch sub eâdem pœnâ & Termino Duorum mensium, daß sie disfalls bey gedachten Hof-Gerichte abgestanden, und dargegen vor der jetzo ernannten Kayserl. Commission sich gebührend gemeldet, beym Kayserl. Reichs-Hof-Rath anzuzeigen. Atque novissimè per obtentum Mandatum S. C. de a. 1756. ad Causam N. Contra N. modò Nobilitatis immediatæ Franconicæ contra N. & N.

§. XIII.

II.) PEtitorium sic instruunt: a.) vasallus etiam, sine Consensu sui Domini feudalis, fructus feudi oppignorare potest, Illust. L. B. de Wolff in Jur. Nat. Part. VI. Cap. II. §. 360 *ergò & Judex Civilis, in hoc, & similibus Casibus decernere poterit executionem in fructus feudi, à vasallo oppignoratos.

* Locus citatus, ut omnem affundamus lucem, ità legitur: „ *Vasallus fructus rei feudalis, aut Jus utendi* fruendi feudo, op-

pignorare poteſt, quamdiu feudum tenet. Etenim vaſallus de uſu ac fructu rei feudalis pro arbitrio ſuo, diſponere poteſt, quamdiu ſcilicet feudum tenet. Quam ob rem cum de fructu rei feudalis, ac ejus uſu diſponat, ſi fructus, vel jus utendi fruendi oppignoret, fructus quoque rei feudalis, aut jus utendi fruendi eâdem oppignorare poteſt. Hæc oppignoratio fit ſine præjudicio Domini, etiam ſinè præjudicio eorum, qui in feudo ſuccedunt. Quamdiu enim vaſallus feudum tenet, omnem utilitatem ſolus percipit ex re feudali, & ex eâdem percepti allodiales ſunt, in quibus adeò plenum Dominium habet vaſallus. Oppignorari verò etiam poſſunt res extituræ, adeóque etiam fructus nondum extantes. Quamvis verò non periculo vacet oppignoratio fructuum, vel juris etiam utendi fruendi re feudali, dantur tamen caſus, in quibus præſtat, fructus ſibi oppignoratos habere, quam rem nullam. De fructibus perceptis, veluti frumento jam excuſſo ex ſpicis, tanto minùs dubia videri poteſt oppignoratio, quia res allodiales ſunt, ad quas adeò nullum eſt jus Domino, nec jus ullum ſucceſſoribus feudalibus„.

§. XIV.

QUod b.) eò minus dubii habet, ſi Creditum conſenſu Domini feudalis ſit munitum, quoniam in hoc caſu non tantum Creditor conſenſuatus, qui eſt extraneus, litigat cum vaſallo *ſed & dum Dominus feudalis in contrahendum æs alienum conſenſit, eo ipſo, ex naturâ ante-

antecedentium & conſequentium conſenſit in Conſenſûs feudalis executionem, *Reinhard in Diſſ. de eo, quod circa Executionem in bona feudalia juſtum eſt*, §. 17. cir. fin. cùm, ſi lis inter vaſallum & extraneum vertatur, cauſa & activè & paſſivè feudalis propriè non eſt, *Horn. in Jurisp. feud. Cap.* XV. §. I.

§. XV.

QUibus omnibus accedit c.) quòd, ſi in caſu conſenſûs feudalis, à Judice civili, executio in ipſam feudi ſubſtantiam decerni poſſit, eo-quòd debitorum à vaſallo contractorum exſolutio cauſa feudalis non eſt, adeóque *Cognitio*, eâ ſuper re & EXECUTIO ad judicem feudalem non ſpectat, ſed ad eum, qui *communem* in debitorem, habet jurisdictionem. Quam feudi diſtractionem, vel immiſſionem Dominus feudi eò minùs impedire poteſt, quò ejusmodi onera ipſo jure feuda afficiunt, & diſtractionem, ob ea, Dominus nequit detrectare, adeóque

que non eſt opus, novo Domini in immiſſionem conſenſu, QUIA NON NOVUM JUS IN RE Creditori conſtituitur, ſed tantum JUS SEMEL CONCESSUM, coram competente Judice civili, actor proſequitur, teſte *Struvio, in Syntagm. Jur. Feud. l. c. aphoriſ.* 31. n. 1. & 2.

§. XVI.

QUæ aſſerta d.) magìs corroborantur ex eo, quod Dominus feudalis, ferendo etiam ſententiam, hanc tamen aliter exequi non poſſit, niſi mediante requiſitione, impetrandâ ab eo, qui, vel ratione Domicilii, vel rei ſitæ, judex competens eſt, *Roſenthal Synopſ. Jur. feud. Cap.* 12. *Concluſ.* 20. *defin.* 16. *& Horn. l. c. Cap.* 25. §. 24., cùm Domino feudali ùt tali, tantùm competat jus jubendi, ut rei judicatæ obtemperetur, ſub commination amiſſionis feudi II. F. 22. & 24. §. fin. Jus verò exequendi ſemper ſuperioritatis territorialis pars eſt, vim juſtam & coactivam conjunctam habens, quæ nemini in

alte-

alterius terriorio competere poteſt, *Schilter, in Exercit. ad D.* 46. §. 16. & 17. Proindè ipſa realis & actualis Executio Judici civili propria eſt, Arg. *Capit. Noviſſ. Art.* XV. §. 2. ut taceamus jurisdictionem feudalem eſſe particularem, civilem verò generalem.

§. XVII.

QUæ cùm ità ſint, nec modus, executione etiam feudali, innocentior, id eſt, ſequeſtratio feudi e) Judici Civili negari poterit, hæc enim fit in meros feudi fructus, qui ſunt quid purum allodiale, *Roſenthal. l. c. Cap.* 9. *Conclus.* 16. *& ex eo Struvius Cap.* 14. *Aphoriſ.* 32. n. 1. &, cum in ſequeſtrem, nec poſſeſſio, nec Dominium transferatur, *Lauterbach. in Compend. Jur. ad Lib. XVI. Tit.* 3. *p.* 284. Domini feudalis, in caſu ſequeſtratorum, à Judice civili, fructuum feudalium, non intereſt, per conſequens hic, litem etiam deſuper inten-

tare

tare volens, repellitur per exceptionem, vim peremptoriæ, habentem, tuâ non intereſt *.

* Hoc autem acerrimi Judicis civilis, contra feudalem, in hoc puncto defenſores largiuntur Judici feudali, quòd habeat poteſtatem, arreſtum, ratione ejusmodi feudi, in alieno Territorio ſiti, ad inſtantiam Creditorum, decernendi pignus prætorium, ſeu jus reale, prout, in terminis, Scabinos Lipſienſes d. 15. Decemb. 1659. pro validitate ejusmodi arreſti, pronunciâſſe retulit *Schilter*, *Exerc. ad D. 46.* §. 6. idem ſentiente *Carpzovio, in Proc. Tit. 21. Art.* 3. §. 8. n. 61. ſeqq. additâ ratione, quod arreſtum jus & effectum pignoris tribuat, jam verò nulla oppignoratio, absque approbatione, & conſenſu Domini feudalis, valida; econtra verò à Judice, qui Dominus feudi non eſt, impetrata, omninò inefficax ſit, per *Cap.* Imperialem, II. F. 55. de prohibitâ feudi alienatione & Gloſſ. im Lehen-Recht *Cap.* 55. *n.* 6.

§. XVIII.

ASt ad 1*mum* (vid. §. 12.) α.) qualem Mandata & Reſcripta etiam S. C. tacitam in ſe habeant facultatem? β.) quando Proceſſus Mandatorum rem judicatam efficiant? γ.) quale jus, an Conſtitutionis, ſeu univerſale, an verò particulare, ſeu inter partes, paritoria plena, quæ ad executionem quoque eſt deducta, faciat? quilibet,

qui

qui Praxin Archi-Dicaſterialem ſolummodò ſemiplenè imbibit, ſe ipſo ſentiet, Conf. ut unum laudemus, Perilluſt. de *Ludolph. Jur. Cam. Cap. de Mandat. per tot.* Hoc unum addere non ſuperfluum duximus, quodſi hic vel ille Dominus feudalis, Curiâ feudali condecoratus, ex Politicis ſœpiùs circumſtantiis, in hoc, aut illo caſu, juribus ſuis objectivè ceſſit, an hoc ipſo præjudicavit reliquis Dominis feudalibus eodem judicio feudali munitis? minimè gentium: tritum enim Juris axioma eſt, renuntiationem atque ceſſionem non egredi perſonas renunciantes & cedentes, acta, inter alios, aliis neque prodeſſe neque obeſſe. Quæ omnia eò magis tenent *.) ſi curia quædam feudalis, in poſſeſſione ſuorum jurium non fucatorum ſe ſollicitè defenderit*, conf. præterea ea, quæ ex CAPITULATIONIBUS NOVISSIMIS dilucidavimus in §. 4. * 1.

* Niſi tempori, paginarúmque anguſtiis parceremus, ſeriem quaſi chronologicam actuum deſuper poſſeſſoriorum ex Archivis, variarum Curiarum Feudalium Principalium, depromptam ſiſtere hìc poſſemus.

§. XIX.

AD 2*dum*. a. (vid. §. 13.) quo modo vaſallus oppignorabit partem feudi, ſi totum oppignorare nequeat; ſed fructus naſcituri, quamdiu à Corpore ſeparati non ſunt, ſunt pars feudi (vid. §. 4. * 6.) proindè ſicut illicita & invalida, absque conſenſu Domini feudalis, eſt oppignoratio totius, eodem quoque talo, identica oppignoratio partis ſubſiſtet. Præjudicium Domini feudalis, ſi vaſallus, pro ſuo lubitu fructus naſcituros oppignorare poſſet, ut *Perilluſtri Wolffio* ſatisfaciamus, abundè eluceſcit ex eò, quòd aliàs vaſallo aperta porta foret, ſe inhabilem reddendi, præſtandorum ſervitiorum feudalium *, quæ in actu, ut ajunt, primo, adhuc optimè ſunt fundata, quin attingamus ADOHAM. Præjudicium quóque agnatorum, à primo adquirente deſcendentium, vel ſimultaneè inveſtitorum quisque, ſe ipſo, capiet, ſi perponderet, vaſallum, per oppignorationem fructuum naſcicturorum, eum in ſtatum redigi, ut ſuc-

ſucceſſivè cogatur, ex defectu aliorum requiſitorum, conſenſum Domini feudalis efflagitare, & quod plus eſt, talia contrahere debita, quæ reverà feudalia nuncupantur, pro quibus proindè agnati, & ultimatò Dominus feudalis reſpondere tenebuntur. Id quod & in mente habuiſſe videtur, *Perilluſtris Wolffius*, dum loc. cit. ait, *de fructibus perceptis eò minùs dubii eſt*, quos nec allodiaes, per conſequens, ut omni modo alienabiles, negamus; hos enim, *cæteris paribus*, percipiendo, cum excluſione Domini feudalis, irrevocabiliter ſuos facit vaſallus.

* Vaſallus enim propriis ſuis ſumptibus ſervire debet.

§. XX.

AD b.) ex conſenſu, ad oppignorandum feudum, à Domino feudali, vaſallo dato, intentionem contrariam minimè probari poſſe, luculenter edocent tot, tantáque Diplomata Conſenſuum feudalium, apud *Lunig. Corp. Jur. Feud. Germ.*

§. XXI.

§. XXI.

EX his ſe ipſo ſequitur α.) REVERENDISSIMOS & CELSISSIMOS S. R. I. PRINCIPES, quà Dominos Feudales, impertiendo Conſenſum Feudalem, juribus ſuis deſuper* competentibus non renunciare, ſed ea expreſsè ſalvare, β.) hos altefatos Principes, conſentiendo in oppignorationem, conſentire, in caſu moræ, in Executionem vaſalli, & diſtractionem feudi, ſed quæ à nullo alio, quàm à ſeipſo eſt facienda. Atque ſic habes conſenſum in antecedentia & conſequentia ** γ.) Dominum Feudalem, conſenſum ſuum non ſimpliciter, ut validum profiteri, ſed ſimùl, in caſu moræ, polliceri opem, inſupérque in eventum cavere, non tantùm ratione uſurarum, ſed etiam ſortis, prætereaque jus reluendi vel retractûs *** ſibi reſervare. Quibus omnibus accedit δ.) quòd ſœpiſſimè tum ante executionem feudalem, tum in ipsâ Executione, quæſtiones præjudiciales varii generis, E. g. an vires conſenſûs adhuc

huc ſubſiſtant, an debito tempore ſit prorogatus, an & in quantum conſenſus Agnatorum acceſſerit, vel hic fuerit neceſſarius, an creditum conſenſuatum non excedat tertiam partem pretii, quo conſtat prædium feudale &c. occurrant, quæ omnia præparatoriè & ſummariè cognoſci & definiri debent, quorum omnium cognitionem & Dijudicationem, quis Judici Civili adſcribet? Quem denique cuneum putativè fortem, quod nempè, ad fundandum forum feudale, requiratur duplicitas vaſalli, inter ſe coram ſuo Domino, litigantis, adverſarii circa finem objecêre, hunc jam repulimus in §. 4. & ejus * 1.

* Cum enim ex conſenſu feudali tantum Domino immineat præjudicium ſaltim eventuale, quis rerum ſuarum adeò erit prodigus, ut *omnem univerſis* ſuis juribus nuncium mittat?

** Dominus quidem feudalis, mediante ſuo conſenſu à neceſſario conſequente & ipſo facto ſeſe obligavit, feudum, ad inſtantiam Creditoris, diſtrahendi, aliúmque vaſallum inveſtiendi, hoc tamen non attento, Electio ſubjecti *individualis* competit Domino feudali, hæcque ſemper vi clauſulæ, in quâlibet litterâ conſensûs obviæ, SALVIS JURIBUS

&

& PRÆROGATIVIS DOMINI QUIBUSCUNQTE, à Domino ſibi diſertè reſervatur; Domini enim feudalis multum intereſt, qualem habeat vaſallum? Id quod ex ſtatu & ratione vaſallorum, tum intuitu præſtandorum ſervitiorum, tum ex uſu & conſervatione feudi, tum prætereà ex eo eluceſcit, an novus vaſallus deſcendentium etiam maſculorum phalange ſit cinctus, prior verò vaſſus quatuor, aut ſex oculis fulſerit?

*** Dominus quippè feudalis conſentiens in oppignorationem feudi, in caſu diſtractionis, quin imò conſenſum generalem, aut ſpecialem in alienationem feudi concedens, ſemper poteſt uti Jure Retractûs, vel reſpectivè reluitionis, quia hæc ſunt jura diverſa: nolle vaſallum, ob alienationem, vel oppignorationem feudi, feudo privare, & nolle uti Jure Retractûs, ergò cùm omnis renunciatio, ipſéque conſenſus feudalis ſit ſtrictæ interpretationis, & renuntiatio diverſi ſe non extendat ad renunciationem diverſi, non ſequitur, quòd per hoc, quia Dominus renunciavit Juri, vaſallum, ob feudum oppignoratum, vel alienatum, feudo privandi, pariter renunciaverit Juri Retractûs, quod Jus Retractus pro Domino ex eo eſt favorabile, quia æquum eſt, rem ad eum potiùs redire, à quo profecta eſt, quam ad alium, Arg. II. F. 9. §. porrò & *Arg. L. fin. C. de bonis Emphyt.* ad quam, ob II. F. I. in ſubſidium provocare, optimè licet.

§. XXII.

AD c.) I.) exſolutionem debitorum, à vaſallo, cum conſenſu Domini contractorum, cauſam

ſam feudalem eſſe, illicò eluceſcet ex eo, ſi dicta in §. præced. & ejus lit. γ. recogitemus, nimirum, quòd Dominus feudalis in eventum, pro ſuo conſenſu creditori, quoad principale & acceſſorium reſpondere teneatur. Illa ſanè adverſariorum adſerta ſi procederent, Dominus feudalis, qui, in caſu ſubſtrato, non rarò notâ characteriſticâ Statûs Imperii fulget, nil aliud eſſet, quàm fidejuſſor ſimpliciter talis, sícque & per conſequens impertiendo gratiam ſuo vaſallo, quia concedit conſenſum, ſeſe ſubjicere cognitioni, condemnationi & Executioni Judicis Civilis, qui in clypeo etiam Nobili, ùt plurimùm, eſt inferior, quod certè eſſet abſonum, (vid. dicenda in §. 30. II.) ſi prævio conſenſu feudali, Judex civilis in ſubſtantiam feudi poſſet decernere immiſſionem, ſe ipſo ſequeretur, Judici Civili finaliter competere Jus, feudum præcedente ſubhaſtatione, cuilibet vendendi, aut creditori conſenſuato in ſolutionem dandi, per conſequens hunc vel illum putativum Neo-

Vaſallum Domino feudali, ad actualem inveſtituram præſentandi, & ubi hic illum inveſtire recuſat, vaſallum prætenſum pro vero declarandi, hunc in poſſeſſionem immittendi, in eáque defendendi, quis enim alius foret hujus immiſſionis effectus? nos ſanè omni adhibitâ limâ & criterio alios penetrare non poſſumus. Quid? quòd III.) Dominus feudalis jure ſuo reluendi, contra deducta in §. eodem præcedente, effectivè privaretur. Quos denique IV.) Doctores pro ſe Adverſarii allegant, aut hi conſenſus Curiarum feudalium Franconicarum, Suevicarum & Rhenenſium non viderunt, aut pro Curiis feudalibus Saxonicis, in quibus vaſallus ùt plurimùm ſimul eſt ſubditus, vel jura Domini feudalis per Jura Territorialia propemodùm abſorbentur, ſuas protulerunt ſententias. Ut prætereamus ſilentio V.) Jurisprudentiam feudalem per Doctores, qui in Abvia & Devia non rarò labuntur, fundamentaliter & quoad omnes materias particulares non eſſe exhauſtam. Utinam

veri-

veritatibus, non præjudiciis, nec auctoritatibus, in Politicis, regeretur orbis!

§. XXIII.

AD d.) a.) ſupra jam & quidem in §. 10. evicimus, Domino feudali in cauſis feudalibus competere jus decernendi Executionem *immediatè*, quod attinet b.) II. F. 22. quem diſſentientes in §. 16. allegârunt, non eſt contra nos, ſed potiùs pro nobis, ſi verba citati modò tituli ponderentur * c.) II. F. 24. §. fin. nec litteram hâc de re continet. Nec d.) plus probat Art. XV. §. 2. Capitulationis Noviſſimæ pervolventi ejus verba: Wie wir denn keinen Churfürſten, Fürſten und Stand (die unmittelbahre Reichs-Ritterſchaft mit begriffen) ſeine Land-Saſſen, ihme, mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen, und mit Lands-Fürſtlichen, auch anderen Pflichten zugethane eingeſeſſene, und zum Land gehörige von deren Bottmäßigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Lands-Fürſtlichen hohen Obrigkeit und ſonſten recht-

mäßig

mäßig hergebrachten respectivè Steuren, Zehenden, und anderen gemeinen Bürden, und Schuldigkeiten, weder unter dem NB. Prætext der Lehen-Herrschafft, Standes-Erhöhung, noch einigen anderen Schein eximiren und befreyen, noch solches andern gestatten; enim verò totus iste §vus collimat potissimum eò, ne vasalli, qui tenent feuda Imperii minora, Catastris vel Dominorum Territorialium, vel Nobilitatis immediatæ, sub velo Dominii feudalis, à CÆSARE AUGUSTISSIMO, subtrahantur: sensus itáque hujus §. non est, ac si Cæsar, in *causis feudalibus*, in ejusmodi vasallum Imperii immediatum minorem, nullam haberet Jurisdictionem, aut quòd jurisdictio feudalis aliorum illustrissimorum in Imperio Dominorum feudalium, per superioritatem Statuum territorialem, aut Jurisdictionem Nobilitatis immediatæ austregalem ** penitùs esset extincta. Hoc sanè argumentum adversariorum, si valeret, probaret, nec CÆSAREM AUGUSTISSIMUM vasallum

lum ſuum immediatum minorem, in causâ feudali, citare poſſe, niſi illam claſſem, cui Nobilis & vaſallus immediatus eſt adſcriptus, requirat, quòd valdè eſſet abſonum.

* Verba ſic leguntur: *Quodſi neque venerit ad tertiam vocationem, hoc ipſo feudum amittat: ET IDEO DEBET CURIA DOMINUM MITTERE IN POSSESSIONEM.* Hæc ultima indubitatè probant, Dominum, in contumaciam vaſalli, in poſſeſſionem eſſe mittendum, non â Judice civili, ſed à paribus Curiæ feudalis, nulla vola de requiſitione Judicis Civilis. Ex quo oppidò falſum eſt, ſententiam, vi hujus vel aliorum textuum, eſſe ultimum Jurisdictionis Feudalis.

** Commiſſio, ſic dicta Cæſarea, & Inſtantia Auſtregalis, quibus exercitium Jurisdictionis & Executionis Equeſtris innititur, circa membra quidem Equeſtria in caſibus eò qualificatis ſeſe exerunt, non autem contra Tertios, multò minùs contra vicinos Imp. Status extendi poſſe, evidens eſt ex eo, quòd nulla Jurisdictio ſine ſubjecto concipi poſſit; niſi fortè dicere ames, Dominum Feudalem, concedendo conſenſum, ſeſe eo ipſo ſubjicere Jurisdictioni Nobilitatis immediatæ.

§. XXIV.

AD e.) 1*mò*) Non omnes fructus feudales eſſe quid merè allodiale, demonſtravimus ſu-

prà in §. 4. 6. & §. 19. 2*dò*.)ista putativa sequestratio, vel administratio prætensa fructus feudi, non ex jure merè personali, sed ex jure reali, ipsum feudum, quoad substantiam, in nexu habente, afficit & circa finem, III*tiò*.) ipsam distractionem feudi, si creditor consensuatus solutione partiali haud sit contentus, involvit, IV*tò*) in ejusmodi, Domino feudali invito obtrudendum sequestrem possessionem transferri, vi L. 39. D. *de adquirendâ possessione*, patet ex eo, quia tali sequestri traditur administratio & per consequens custodia, L. 6. *D. depos.* & arg. L. 2. D. *eod.* Equidem regulariter hoc verum esse, putat *Lauterbachius p.* 284 per dict. L. 39. D. *de adquir. possess.* sed addit exceptionem, nisi aliud actum sit, dict. L. 39. L. 17. §. 1. D. *depos.* Atque ità textus hos conciliare vult: sed simpliciter dicendum, sequestrem verè possidere; α.) per textum expressum in d. L. 17. §. 1. β.) in eo differentia inter depositarium & sequestrem constituitur, d. L. 17. §. 1. D. *eod.* & γ.) expressè dicitur,

citur, id agi ex naturâ ſequeſtri, non ergò ex pacto partium, ibi; *id enim agitur eâ depoſitione, ut neutrius poſſeſſioni id tempus procedat, Cocceius in Jur. Controverſ. Lib. XVI. Tit. III. Qu.* XIX. Vtò.) Domini feudalis intereſt, ut ſtatus ſacrorum, quæ in caſtro feudali anteà viguerunt, conſervetur, ne ſubditi ad prædium feudale, per immodicas operas, aut onera indebita enerventur, ne ædificia, quæ feudi ſunt appertinentia, negligantur, ne ſylvæ feudales, deſtruantur, ne agri feudales, ob non impenſa alimenta, quaſi exſiccentur, adeóque ne feudum per ſequeſtrem, ultra vires intendatur, ſicque vaſallus reddatur incapax præſtandorum ſervitiorum feudalium, aut vulneratum feudi ſtatum Dominus timere debeat *. Nec hic timor eſt Pannicus, cùm tragica toties experientia doceat, quod ſequeſtres ùt plurimùm res ſuas agant, ſequeſter machen leere neſter, Hert., in Paroemiis Jur. Paroem. *XII. opuſculor. II. p. 431. Quem porrò inter cœteros, pro ſe allegant Struvium, hic in præſenti nihil evincit, cum in Ordinat. Judiciar-

diciar. Elector. Saxon. Tit. 40. & Scriptoribus Saxonicis ſuæ ſententiæ præſidium ponat.

* Nec nobis adverſatur, quod ſi etiam ſequeſter inopinata & non prævisa damna feudo intulerit, actio ſequeſtraria contraria fundata ſit; præterquàm, quòd etiam hìc cautionem præſtare debeat: nam Reſponſio in aprico eſt: ſatiùs eſt, intactam rem ſervare, quàm, vulneratâ causâ, remedium quærere, ut jam unum dicamus, punctum Cautionis multis etiam ambagibus ſaltim eventualibus eſſe obnoxium, cautionem ùt plurimùm eſſe, ad certam ſummam determinatam, cùm læſio & damnificatio, pro ſtatu hominum corrupto, poſſit eſſe quaſi infinita.

§. XXV.

QUæ omnia corroborantur ex ſequentibus: Imò) ejusmodi Conſenſus feudalis nexum vaſalli cum Domino, tanquam fundamentum omnis feudalitatis immediatè concernit *.

* Enim verò nexus vaſalli cum ſuo Domino inter cœtera, demonſtrari poteſt ex eo, quòd voluntas vaſalli ſit alligata voluntati ſui Domini, ita, ut unam quodammodo moraliter voluntatem efficiant, voluntas verò vaſalli, quoad oppignorationem feudi, voluntati Domini ita eſt alligata, ut vaſallus, ſine hujus voluntate, præter jura notoria, vi litterarum inveſtituræ, & reverſalium, feudum oppignorare nequeat

queat, igitur Consensus Domini ad oppignorandum feudum, nexum feudalem immediatè infert; quotiescunque autem causa, vel ex nexu, vel relatione feudi oriri potest, vel solet, causa feudalis emergit, ex §. 3. Proinde consensus feudalis tam *concedendus*, quàm *concessus* fundat causam feudalem, eóquòd, impetrato etiam actualiter consensu feudali, idem manet nexus inter vasallum & Dominum: quod, præter alia, elucescit ex eo, quòd consensus realiter impetratus, tempore præstituto expiret & novâ tantùm Domini gratiâ prorogetur. Quod hìc de substantiâ feudi, quoad oppignorationem demonstravimus, idipsum etiam, suo sensu, quoad oppignorandos fructus feudales, supra in jam allegato §. 4. & ejus *6. nec non in §. 19. probatum dedimus. Quæ omnia tamen rursus de illis tantùm feudalibus Dominis, qui Curiâ feudali splendent, esse intelligenda, iterum, iterúmque monemus.

§. XXVI.

QUoad consensum feudalem *concedendum*, hunc fundare causam feudalem, nec ipsi adversarii diffitentur, quoniam Judex civilis, quà talis, etiamsi summus imperans sit, consensum ad oppignorandum feudum elargiri nequit, non enim per oppignorationem feudi, huic, sed Domino feudali imminet præjudicium immediatum; sed consensum feudalem reapsè ob-

tentum ad cauſas civiles referunt; ſed nos, adhibitis omnibus rationalis Philoſophiæ regulis, rationem diſparitatis, perſcrutari & invenire nec hactenus poteramus, nec certò certiùs poterimus, niſi ad hoc extremum delabi velimus, poſt conſenſum impetratum, nexum feudalem, inter Dominum & vaſallum, deficere, proindéque hunc deſinere eſſe vaſallum.

§. XXVII.

QUod eò magis tenet III*tiò*) quò in Imperio Romano-Germanico tralatitii juris eſt, quòd Cauſa Eccleſiaſtica à Judice Eccleſiaſtico, Cauſa Criminalis à Judice Criminali debeat cognoſci & dari Executioni, ergò etiam cauſa feudalis debet cognoſci & ſententia per Executionem terminari à Judice feudali. Et ratio utrique eſt eadem, quia Jurisdictio & ſubjectio ſunt correlativa, qualis igitur adeſt Jurisdictio, talis & ſubjectio reſultare debet, proinde cùm Domino feudali competat Jurisdictio feudalis,

etiam

etiam in hoc genere debet offendi ſubjectus. Stante hoc axiomate perſpici nequit, quibus ex cauſis Domino feudali ſit abneganda poteſtas, ſententiam in causâ feudali latam, vel conſenſum in fundo eatenùs & circa feudalia ſibi ſubjecto, mandandi executioni, ultimúmque Juſtitiæ complementum producendi: ſententiæ quippe executio nihil eſt aliud, quàm continuatum Jurisdictionis exercitium.

§. XXVIII.

NEc ullum IV*tò.*) Ordini Equeſtri deſuper infertur præjudicium; cognitio enim, deciſio & executio cauſarum Civilium adhuc ipſi propria & in ſalvo eſt; quod ulteriùs confirmatur à pari «.) quodſi enim huic vel illi Principi, aut Statui Imp. in hoc, aut illud caſtrum cataſtro Nobilitatis immediatæ adſcriptum competat Centena omnigena, vel ſi β.) duo vaſalli, duo, âb eodem Domino feudali, feuda recognoſcentes, puncto finium feudalium, litigent, inſpectio

ocularis pro re natâ decernitur, hæcque etiam peragitur in fundo nobili, non quidem QUA tali, ſed QUI eſt fundus Cataſtro Nobilitatis immediatæ incorporatus, huícque proptereà in cauſis civilibus ſubjectus. Per utrúmque poſterius non læduntur jura Equeſtria, ergò neque per prius.

§. XXIX.

QUandoquidem V*tò.*) nihil eſt naturalius, quàm, ut ille, qui realiter exequi cupit, ejus etiam ſit poteſtatis, ut tali executioni proprium & ultimatum effectum tribuat, quâ autem poteſtate Perilluſtris Nobilitas immediata haud pollet, poſito enim & caſu ùt plurimùm exiſtente, Creditor Conſenſuatus ſolutione partiali, per fructus annuos, emergente non vult eſſe contentus, quæ etiam ipſi invito, ſecundùm notoria, non poteſt obtrudi, ſed diſtractionem Hypothecæ feudalis urget, tunc, in prætensâ âb Ordine Equeſtri Executionis viâ, Nobilitas immedia-

mediata Dominum feudalem desuper deberet requirere, quod autem vel Justitiæ protelationem, vel circulum vitiosum induceret ; nisi ad hoc extremum delabi ames, Equod Ordo equestris proprio jure executionem, in substantiam feudi, decernere possit, quod tamen est, contra demonstrata in §. 22. *Conf. Perillust. L. B. de Senckenberg, prim. lin. Jur. Feud. Part.* 2. *C.* 16. §. 429. ubi facultatem, decernendi Executionem in substantiam feudi, quamvis, quoad fructus feudi, aliud sentiat *, Domino feudali privativè adscribit.

* Quoad tempora antiqua, facultatem utrámque, id est, exequendi, tam in substantiam, quàm commoditates feudi Domino feudali attribuit præfatus *Perillustris L. B.* Sed, quod pace Tanti Viri dixerimus, factum mutationis non probat ; hinc, cùm mutatio non præsumatur, pro jure indubitato antiquo adhuc militabit præsumptio, usque dum contrarium doceatur.

§. XXX.

CUm itaque Domino feudali, in causis feudalibus, adhuc hodiè competat Jurisdictio

feudalis (vid. § 2. 5. &8.) & facultas exequendi sit pars Jurisdictionis, potissimúsque rei judiciariæ effectus (vid 5. & ejus * 1. nec non *Strykius in volum. Diss. Tom. VII.* 17. 3. *Tom. VIII.* 35 *& Cap.* IV. *Tom. VII.* 19. 1.) Dominísque feudalibus decernendi executionem, tam in substantiam, quàm fructus feudi, facultas irrefragabiliter competierit, ex §. 2.* §. 4. ****, mutatio verò non præsumatur ex §. 29. Hæcque omnia fluant ex nexu vel relatione feudi (vid. §. 25. *) porrò plura inconvenientia, ex sententiâ adversariorum obventura, evitentur (vid. §. 22. & 30. Judicésque civiles adhuc hodiè patiantur, ut subditi sui civiles feuda à Dominis feudalibus recognoscenda retineant & adhuc adquirant (vid. §. 6.) nec non Capitulationes Novissimæ Art. XXI. §. 1. Jura Dominorum feudalium, adversus noviores quorundam prætensiones, in legitimam reducant viam, (vid. §. 4.* 3.) à nobis impetrare non possumus, quin pro facultate exequendi, tam in substan-

ſtantiam, quàm fructus feudi, Dominis feudalibus Curiâ feudali formatâ coruſcantibus, competente, tanquam pro Aris & Focis certemus tamdiu *, usque dum temperamentum in plenariam partium intereſſatarum compoſitionem, quam, ad averruncanda quæcúnque obſtamina, ſinceriſſimè exoptamus, mutuò eligatur, atque ſtabiliatur, pérque illud lapis hic offenſionis ex parte adversâ putativus, cum reliquis, quæ adhuc REVERENDISSIMOS ET SERENISSIMOS S. R. I. PRINCIPES inter & PERILLUSTREM atque AVITAM NOBILITATEM IMMEDIATAM obverſantur, differentiis, paulò poſt ſopiantur, ſícque interna quies, mutuáque animorum ſummorum conſenſio concilietur atque reddatur.

* Non enim in caſu inſperato contrario *remedium DOMESTICUM* Domino feudali, qualem per totum unicè putavimus, Curia feudali formatâ gaudenti deficit, quódque quilibet ſe ipſo nominetenùs determinabit. Atque ſic de delicatâ hâc materiâ, pro temporum modernorum anguſtiis,

TANTUM.

§. 1. Jurisdictio Romana & Germanica inter ſe toto cœlo differunt: & cur? quænam in Germaniâ ſeſe ſiſtant Jurisdictionum ſpecies? quænam autem Jurisdictionis ſpecies, quæ apud Romanos florebant, in Germaniâ non reperiantur?

§. 2. Jurisdictio Feudalis quid olim & quid hodie ſit?

§. 3. Siſtit quidditatem Cauſæ feudalis.

§. 4. Enuncleat: quid ſit ſentiendum de ſententiâ Fleiſcheri, dum in Inſtit. Jur. Feud. Cap. 22. §. 2. & 3. cauſas civiles & à contrario feudales ſpecificat, ubi contra communem ferè oſtenditur α.) nec eſſe neceſſe, omnes cauſas feudales recenſere, nec etiam has omnes recenſeri poſſe, β.) falſum eſſe, ad fundandum forum feudale, requiri duplicitatem Vaſalli ab eodem Domino feuda recognoſcentis, γ.) veritati minimè congruere, cauſam non eſſe feudalem, ſi lis verſetur circa præſtationem operarum, ſervitiorum & aliarum præſtationum. δ.) itidem falſum eſſe, ſi feuda inter res hereditarias exiſtant, illa ſimul trahi ad forum civile. ε.) vapulantii, qui adſtruunt, forum feudale non eſſe fundatum, ſi dubium circa rem feudalem ita oritur, ut alter prædium feudale, alter allodiale aſſerat, aut ζ.) omnes indiſtinctè fructus feudi eſſe quid merè allodiale, vel γ.) ſi Dominus & Pares Curiæ tanquam ſuſpecti rejiciantur.

§. 5. & 6. Oſtendit, Dominum feudalem, eo ipſo, quod olim dederit feudum, adquiſierit Jurisdictionem in Vaſallum.

§. 7. Siſtit Epocham, in quâ hodierni Nobiles immediati feuda adquiſiverint.

§. 8. Jurisdictio feudalis temporibus poſterioribus valdè eſt immutata. Habitudo ejus hodierna repræſentatur.

§. 9. An Jurisdictio feudalis hodiè ſit particularis, extra ordinaria & odioſa?

§. 10. An Dominus feudalis, in cauſis feudalibus, ſuum vaſallum citare poſſit citatione inmediatâ & ſpeciali?

§. 11. Repræſentat quæſtionem ſpecificam, an Dominus feudalis, Curiâ feudali formatâ fulgens conſenſus feudales exequi poſſit?

§. 12. Argumentum 1mum adverſariorum, quoad poſſeſſorium.

§. 13. Argumentum 2dum adverſariorum, quoad petitorium a.)

§. 14. 15. & 16. Argumentum b c. & d. ſuppeditant.

§. 17. Cuinam competat ſequeſtratio fructuum feudalium? argumenta Antipatronorum.

§ 18. Continet Reſponſionem ad argumentum primum, quoad poſſeſſorium

§. 19. & 20. Ad argumentum, quoad petitorium a. & b.

§ 21. Noſtra fundamenta exhibet.

§. 22. & 23. Satisfaciunt argumento c. & d.

§. 24. Sequeſtratio feudi Domino feudali competit.

§. 25. 26. 27. 28. & 29 Rationes noſtræ ſententiæ Decidendi proferunt.

§. 30. Anacephaleoſis & Concluſio.

COROLLARIA
EX
UNIVERSO JURE,

EX JURE PUBLICO UNIVERSALI, GENTIUMQUE NATURALI.

I.

Distinguendum benè est à Jure publico particulari, à notitiâ statûs reipubl. singularis & politicâ; Jus publicum universale agens (1) de Origine Civitatum, (2) de Juribus Majestaticis, tum immanentibus, tum transeuntibus Summorum Imperantium, (3) de Eorum officiis, erga subditos, horúmque (4) erga Imperantes: Principale ejus fundamentum: omnia ea agenda sunt, per quæ pax, tranquillitásque totius Corporis Civilis conservatur, & unio civilis stabilitur.

II.

Vi Juris Majestatici transeuntis Summis Imperantibus in statu libert- & æqualitatis persistentibus competit (1) Jus Belli, si populus alter vel injustè lædat, vel libertate, opibúsque spoliare contendat, vel officia perfecta deneget, (2) jus fœdera ineundi.

III.

Occupatio bellica, quæ licet modus acquirendi originarius non sit, sed tantum ex jure Belli profluat, facit, ut res tam mobiles, quàm immobiles hostis cedant victori.

IV.

Quamvis hosti in hostem omnia liceant, is tamen nec hostem, nec ejus naves intra portus, finesve amici populi, cædere, aut capere potest, nisi datâ operâ hic illis receptum dederit.

)(V.

V.

Jus Repreſſaliarum deſcendit à Jure belli, non ex jure pignorandi, differt maximè à jure retorſionis, & exercetur, quando, ob denegatam Civi juſtitiam perſonæ vel rebus reipubl. alias amicæ manus injiciuntur.

VI.

Summus Imperans independente gaudens Imperio, DEI, in politicis, Vicarius eſt, eúmque ſolum Judicem habet, hinc nec ſubditi eum ſupplicio, vel pœnis adficere, nec de exactionibus, oneribus, aut LL., ex defectu judicandi, conqueri valent.

VII.

Sed debent Imperantem venerari cultu, tam in- quàm externo, ita ut hoc officium negligentes, in Crimen læſæ Majeſtatis & Perduellionis, incidant.

VIII.

Pax cum civibus rebellibus inita ſervanda eſt, niſi vel, ob dolum rerebellium inſignem, vel ſtatum Principis cum illis paciſcentis, ab initio non ſubſtiterit.

IX.

Non poſſunt tamen ſubditi Imperanti, ex fideli facto infideli, aut contra, ob mutatam Religionem, jure Civitatum, obedientiam denegare, niſi fundamentales Imperii Leges certam religionem vel expreſsè vel tacitè requirant: famoſum *Reſervatum Eccleſiaſticum* in §. 5. Pacis Religioſæ contentum & in P. W. ulteriùs extenſum hujus rei Exemplum ſiſtit.

X.

In Jure Gentium naturali primas tenent Commercia, quæ introducta, ut homines, ceſſante inter ipſos, amore humanitatis & beneficentiæ, quæ antea ſibi jure quodam coactionis neſcio, præſtabant, jure perfecto præſtare tenerentur.

XI.

Pleraque autem Commercia exercentur, mediante mari, cujus Imperium quidem, Jure Naturæ in ſpecie ſic dicto, res nullius, una tamen Gens aliam, ab uſu certi cujusdam Diſtrictûs Maris, per occupa-

tio-

tionem, aliósque actus non indifferentes, excludere, & efficere poteſt, ut Domina Maris in iis partibus, ubi effectus Dominii exercet, recognoſcenda ſit.

XII.

Sicut plerique Contractus ſine pretio, quod vel vulgare, vel eminens eſt, concipi nequeunt, ita etiam commercia, ſine contractibus, conſtare non poſſunt.

XIII.

Regnante autem pretio vulgari, ſola obtinebat permutatio, quæ erat, vel ſimplex, vel æſtimatoria.

XIV.

Nec Jus Wildfangiatûs, nec Albinagii, nec capiendi bona naufragorum profluunt ex Jure Gentium Naturali.

EX

JURE ECCLESIASTICO.

XV.

Patresfamilias ſegreges, in ſtatu naturali ſubſiſtentes, procul dubio exercebant jus circa ſacra cum omnibus ſuis annexis; ſecedentes verò in ſtatum civilem, licet necdum facto divortio, Sacerdotium inter & Imperium, illud ad ductum Juris publici univerſalis competere ſummis Imperantibus exemplum Melchiſedeci probat.

XVI.

Jus tamen hoc ſacrorum, quoad poteſtatem directivam & architectonicam, ex inſtitutione divinâ, ſublato Sacerdotio Levitico, atque factâ in monte Sinai Diaphorâ, D. Petro, cum reliquis Apoſtolis, eorúmque Succeſſoribus proprium eſſe cœpit, hoc præprimis axiomate ſuffultum: *Reddite DEO, quæ ſunt DEI, & Cæſari, quæ ſunt Cæſaris.*

XVII.

Hæc Poteſtas intrinſeca & directiva eſt jus ordinarium, circa totum Complexum Religionis, mandata, ordinationes, legésque univerſales publicandi, eásque, mediantibus Judiciis propriis, applicandi, ſubſidiis

executivis, systemati Ecclesiastico congruentibus, ad effectum deducendi, consequenter ea omnia disponendi, quæ proxima & realis Ecclesiæ necessitas & utilitas expetere videntur.

XVIII.

Potestas verò executiva & ministerialis (quæ est obligatio ab imperio sæculari indivisibilis, virtute subsidiariâ tuendi statum & systema Ecclesiæ, quando & ubi, hæc ipsa jure suo ordinario se defendere nequit) è Lege Divinâ & Officio Regio, ceu duplici fonte descendens, intuitu Ecclesiæ universalis Augustissimo Imperatori, præ aliis Imperantibus Christianis, eminenter propria est, intuitu Ecclesiarum particularium autem cuivis Domino Territorii.

XIX.

Dissidium super constituendis Archi- & Episcopis in sæculo XI. Gregorium VII. Pontificem inter & Henricum IV. exortum, mediante famosâ Transactione, in Comitiis Wormatiensibus, 1122. Callistum II., inter & Henricum V. celebratâ, extinctum est, atque electio Cleri primarii Ecclesiæ reddita, infeudatio autem regalium peragenda sceptro, adferta Cæsari.

XX.

Concordata Nationis Germanicæ Nicolaum V. Summum Pontificem inter & Fridericum III. aliis IV. aut V. conventa sustulerunt gravamina, tum de nimiis Curiæ Romanæ exactionibus, tum de collationibus beneficiorum; hæc tamen maximè distincta sunt âb illis, quæ Ecclesia Germanica in Concilio Constantiensi, cum Martino V. Summo Pontifice, iniit.

XXI.

Hæc concordata originetenus (1) non sunt merum Privilegium Papale, sed dijudicanda, secundùm naturam Pactorum, nec (2) admittunt, sine mutuo Partium consensu, quoad sensus dubios, authenticam interpretationem, nec (3) derogationem, aliquid abolendo, abrogationem, conventa penitus tollendo, obrogationem, aliquid mutando, subrogationem, aliquid adjiciendo.

XXII.

Ratione horum inter Extravagantes Joannis XXII. extrav. *Execrabilis*, & alia: *ad Regimen*, inter commun. *de præbendis & dignit.*. tanquam causa dissidii in Ecclesia Germanica notandæ veniunt, quarum prima, quia nullâ modificatione circumscripta, in Germania ex integro observari debet, non item alia incipiens: *ad Regimen*, cui, sicut plures modificationes adjectæ, ita etiam per plures Cancellariæ regulas, frequentiores Limitationes, restrictionésque accipit.

XXIII.

Nec transactio Passavienſis, nec Pax religiosa subditis ab initio dedit Jus firmum, aut stabile, nec templa, iisque annexa, per hanc pacem iis sunt relicta, sed Status Augustanæ Confessioni addicti sunt ii, in quorum gratiam Catholici paciscentes cedebant.

XXIV.

Jurisdictio Ecclesiastica respectu A. C. addictorum Religionis, ministeriorum, & ceremoniarum, per pacem religiosam, suspensa est, quam suspensionem, licet Pax Westphalica confirmârit, generali tamen hujus suspensionis confirmationi adjectæ tres Limitationes in J. P. art. 5. §. 48. circa fin. bene notandæ sunt.

XXV.

Quæ tamen suspensio juris Diœcesani, ab actu secundo quiescere jussi, penitus cessaret, si Status A. C. ad religionem avitam rediret.

XXVI.

Fundamentum Juris reformandi novi, pro causa efficiente summum, non est superioritas Territorialis, quæ, licet insigni cum differentia, fundat liberum exercitium, tam quoad politica, quam Ecclesiastica, non tamen Jus reformandi est pars Potestativa & essentialis Territorii, nec ad Protestantes jure postliminii reversum,

XXVII.

Pactum à Domino Territorii cum subditis ratione juris reformandi initum eatenus transit in successores, quatenus paciscens, illos, circa

ca exercenda alia Jura territorialia, regaliáque majora, conſtringere poteſt.

XXVIII.

Dominus Territorialis non tenetur probare poſſeſſionem Juris reformandi, hinc, ſubditis contra illud exceptiones allegantibus, incumbit onus probandi, exceptiones ejuscemodi in Pace Weſtphalicâ fundatas eſſe, quamvis Pax Weſtphalica faveat libertati conſcientiarum, & ſubditis aſſiſtat, qui in Anno normali 1624. vel publicum vel privatum Religionis ſuæ Exercitium habuerunt.

XXIX.

Licet Dominus Territorii immemoriali Tempore Jus reformandi non exercuerit, illius tamen Jus per præſcriptionem non eſt extinctum.

XXX.

Poſſeſſorium ſummariſſimum contra ſtatum anni decretorii in cauſis Religionis locum non habet.

EX

JURE PUBLICO PARTICULARI IMPERII ROMANO-GERMANICI.

XXXI.

Licet jam ſub Carolingis Reges, in Primordio Principatûs, defendenda Jura Eccleſiæ & Populi promiſerint æque, ac Proceres Imperii plura ſingularia ſibi fuerint ſtipulati, temporibus tamen Caroli V. Capitulationes Cæſareæ, quoad formam hodiernam, ortum debent.

XXXII.

Eſt verò ſtatus Imperii Civis immediatus voto, & ſeſſione in Comitiis gaudens.

XXXIII.

Ad hoc, ut quis inter Status Imperii cooptetur, per §. 197. R. J. N. requirirur, præter inſignia in rempublicam merita, tum ut territorium

torium immediatum, tum ut bona sustinendæ dignitati paria possideat.

XXXIV.

Ex formâ Imperii Romano Germanici consensus Principum est necessarius, ut quis in Collegium Principum introducatur, cum obtentione voti & sessionis comitialis.

XXXV.

Superioritas Statuum Territorialis est Jus summæ Majestati proximum, realc consistens in Exercendis Juribus Majestati proximis, quæ sub Arnulpho & Ludovico infante concepta, prodiit sub Conrado I. Crevit sub Henricis Imp., ætatem adultam adepta post interregnum magnum, pace tandem Westphalicâ, Capitulationibúsque Cæsareis plenius roborata est.

XXXVI.

Vi hujus Superioritatis Domino Territorii Competit (1) Jus gerendi bella cum exteris, atque consequentia inde Jus armandiæ, Jus sequelæ, Jus extruendi fortalitia, Jus præsidii & aperturæ, (2) Jus pacis & fœderum, (3) Jus guarantiæ & mediationis, (4) Jus mittendi, recipiendíque Legatos, (5) Jus exigendi homagium, & (6) Jura consistentia vel in Regimine & Politiâ Provinciæ, vel in Juribus gratiosis, vel Cameralibus, & Fiscalibus.

XXXVII.

Homagium in specie sic Dictum cautè debet discerni à Juramento Clientelari, vasallagio, & Juramento Civium Magistratui subordinato præstando, reliquisque speciebus affinibus.

XXXVIII.

Licet equidem subditis, soluto Jure detractûs, Domicilium mutare, sed in præjudicium Domini Territorialis æque parum alterius clientelæ sese subjicere possunt, ac parum, per leges Imperii fundamentales, expressæ prorogationes à Domino Territoriali in alium permissæ sunt.

XXXIX.

XXXIX.

Servitutes Juris Publici à Juribus Territorialibus distinguendæ sunt, adeoque Divisio Jurium Territorialium, in Universale & Particulare, superflua est.

XL.

Quia Jus Territorii sublime ex Jure immedietatis non fluit, nobilitati immediatæ Jus Territorii propriè tale non competit.

EX
JURE FEUDALI.

XLI.

Per voces: Lehen, Lehen-Brieffe, Belehenung, sæpiùs bonum censiticum vel emphyteuticum, quàm feudale designatur.

XLII.

A bonis proinde feudalibus differunt libellaria, Censitica, bona Solidorum, Precariæ, & bona, quæ nominantur, Salica.

XLIII.

In feudis sæcularibus majoribus præsumptio militat, quod regulariter data, non autem oblata sint.

XLIV.

Feuda in ævo Pipiniano Carolingico, ut & âb introitu ævi medii hæreditaria non erant.

XLV.

Stante Capitulatione Francisci I. Imperatoris Augustissimi Art. 20. §. 8. Constitutio 2. *Feud. T.* 24. §. *denique* non est Cynosura, intuitu cujus, felonia innocentibus noceat agnatis.

XLVI.

XLVI.

An diviſio feudorum regalium, olim Jure Fridericiano, prohibita, Jure Germanico hodierno licita ſit? Reſpondebit Defendens:

XLVII.

Conſenſus feudales, præſcindendo ab ipſo conſenſu feudali ſpeciali expreſsè contrario, immediatè feudum afficere, probabilius eſt.

XLVIII.

In cauſis feudalibus executio actualis in feudo peragenda immediatè eſt à Domino feudali, quod ratione Executionis, in caſu conſenſus feudalis, per ſe clarum eſt.

EX
JURE CIVILI.

L.

In Datione in ſolutum æque, ac in emptione venditione locus eſt Juri retractus.

LI.

Jus hoc retractus in Germaniâ vel provenit (a) ex capite vicinitatis vel (b) ex Jure conſanguinitatis, vel (c) ex Jure congrui, vel (d) ex mandato reunionis, vel (e) ex capite Territorii.

LII.

Licet Mas & Fœmina in dubio iisdem Juribus utantur, jus tamen retractûs Gentilitii fœminis nec competit, nec bona avita Jure Germanico ad fœminas transeunt.

LIII.

Rotuli confecti in ſummariiſſimo non valent in petitorio.

)( )(LIV.

LIV.

Nec rotuli confecti à Notario, ad implorationem partis, absque requisitione judicis, coram quo causa agitur, ad probationem qualificati, sed tantum ad demonstrationem in summariissimo sufficiunt.

LV.

Implorantem in possessorio summariissimo implorato juramentum jure deferre posse, tum super momentaneâ possessione, tum super facto turbationis, statuitur.

LVI.

Licet in possessorio summarissimo necessaria non sit citatio implorati, ad videndum jurare testes, testes tamen juramento adstringendi sunt.

LVII.

Omnis quidem processus possessorius summarius est, sed non tam intuitu modi probandi, quàm procedendi.

LVIII.

Implorans in possessorio summariissimo sedulò caveat, ne qualitatem, vel ratione sui, vel ratione implorati, in supplicato alleget.

LIX.

Nec reus, quandò in processu executivo instrumentum quarentigiatum juratò diffiteri elegit, per probationem conscientiam potest exonerare.

LX.

Nec Actor electam à reo juratam diffessionem declinare, licet reum, vel per litterarum comparationem, vel per testes ad recognitionem, vellet adigere.

LXI.

LXI.

Falleret Regula: ſi ſimpliciter aſſereret, confeſſionem qualificatam, in omni caſu, in totum, eſſe acceptandam.

LXII.

Si incendium in ipſis cauponis ædibus ortum, ordinariè damnum, quod viatores inde paſſi ſunt, caupo debet reſarcire.

LXIII.

Atque vel inde rectè interponitur appellatio, adverſus ſententiam judicis, actori viatori, contra cauponem, culpam ſaltim leviſſimam probandam eſſe, injungentis:

EX
JURE CRIMINALI.

LXIV.

Jus Majeſtaticum puniendi delicta, quæ merentur pœnam, vel corporis, vel vitæ afflictivam, diſtinctum planè eſt à Centenâ, quæ vel patrimonialis, vel adminiſtratoria, vel ſolitaria, vel cumulativa, vel limitata, vel illimitata, quâ pro ultimâ tamen regulariter præſumitur, quarum ſpecierum effectus defendens deſignabit.

LXV.

Ad furtum qualificatum non ſufficit ſimplex aſcenſio, ſed alia vis debet concurrere, unde legem determinet.

LXVI.

Furtum in caſu neceſſitatis admiſſum unanimi ore, extra pœnam eſſe, interpretes ſtatuunt.

LXVII.

Restitutio rerum furto ablatarum, præscindendo à jure aggratiandi, Domino Territoriali competente, non mitigat pœnam ordinariam, nec pœna laquei liberat furem à restitutione privato læso faciendâ.

LXVIII.

Jure Germanico vel in absentibus forum delicti locum habet.

LXIX.

In Germaniâ equidem, ad conservanda jura, pignorationes licitæ, repignorationes verò sunt illicitæ.

LXX.

Corpus cujuscunque delicti assignabit defendens.

LXXI.

Præscriptionem delictorum nec Juri Germanico, nec saluti publicæ convenire adstruimus.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Lorber von Störchen, Ignaz Christoph

Dissertatio inauguralis juridica de executione in causis feudalibus, tam in genere, quam in specie, quoad consensus feudales, non nobilitati imp. immediatae, sed dominis feudalibus curia feudali formata fulgentibus, competente vulgo: Von Befugter, so wohl überhauptig, als besonderer Angehung deren teutschen Lehen-Höffen und der dahin unverneintlich

Bambergae 1762

4 Diss. 5179#Beibd.11
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11030031-0
VD18 15012271-001